

A

1600g

x.

314.ig. jegyzék
"Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
4.cim: 8526,8883,8884,8885 sign.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

E. v. Okolihányi - 2.
1887

Buzinkai.

Compendium Logici Libri
Duo. In quibus Univerſa Ar-
tis bene diſſerendi Præcepta.

2526 1

CATIO.

quadrupedum, Serpentum, Avium,
scium, & Corporis Humani, artifi-
ciosissime constructi, causas, pro-
prietates, effecta, partes & species,
accurate inquirat: ut non immeri-
to, Ars dirigendi mentem in co-
gnitione rerum, ab Antiquitate fue-
rit appellata. In Theologia Sacra, Ju-
risprudentia, Ethica, Politica, &
Economica Mentem hominis, e-
iusque operationes intellectuales, ne
in ambiguis distingvendis, obscu-
ris explicandis, dubiis confirman-
dis, & confusis legitime ordinandis,
a norma rectitudinis aberret, Logi-
ca suis præceptis informat. Recte i-
gitur, *Filo Ariadneo*, comparata est
LOGICA: sicut enim Theseus, La-
byrinthum Creticum, variis, dubi-
is, perplexisque anfractibus & viis à
Dædalo extractum, ad Minotaurum
occidendum ingressus, nunquam
remare potuisset, nisi *Filum Ariad-
ne*, Minois Regis Filiae, fuisset se-
cutus: Ita, Nemo, ex Incogitantia,

A 3

Igno-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

DED.

Ignorantiæ, Con-
 eiarum multiplicium Labyrintho,
 facile se se expediet, nisi *filum*, & *du-*
ctum Logicæ, accuratè observet, &
 sequatur. Verùm, in *Fictis* & *Ima-*
ginariis quoq; suum Logica exerce-
 rit usum. Quid enim, (ut cætera silens
 præteream) Fictum & Imaginari-
 um magis, quàm *Regia Solis*, de qua
 Ovid. 2. Metamorph. ita canit:

Regia Soli ex sublimibus alta columnis
Clara micat se auro: flammæq; imitant
Pyropo.

Cuius ebur miridum fastigia summa tenebat
argenti besores radiabant lumine & luce.

Nihil. *Logica* nihilominus in il-
 la describendâ, explicandâ & co-
 gnoscendâ cernitur subsidium. *Ar-*
rum enim, *Argentum*, *Ebur*, & *P-*
ropus, *Materiæ*: *Columnæ* sublime
Fastigia summa, *Limen* & bifor-
Valvæ, *Partium*: *Ipsa Regia*, *Mat-*
riati & *Totius*, notionibus gaudet
 Honorarii deniq; *Logicæ* Tituli
 id quod in ingressu Mei ad Vos Se-
 monis dixi verum esse ostendit. *Logi-*
 eni

DEDICATIO.

enim est Artium lux. *Libra* veritatis,
Linea iudicii, *Cos* ingenii, *Rationis*
oculus, *Clavis* aurea *Scientiæ*, *Ma-*
gistra *Sapientiæ*, *Mensura* & *Nor-*
ma disciplinarum, *Dubitationum*,
medicatrix, *Errorum* indagatrix &
expultrix, *Sophisticæ* frænum &
flagrum. Sed, nè in *Logicæ* *Neces-*
sitate & *Utilitate* describendâ, nimis
 sim prolixus, ad Vos Nobiliss. Am-
 pliss. & Honorantiss. Dni. revertor;
 causamq; cur chartaceum hoc mu-
 nusculum, Vobis dedicandum, No-
 miniq; Vestro inscribendum, in a-
 nimum induxerim: quæ me veluti
 stimulus, nè alios quærerem Patro-
 nos, exstimulavit, aperiam. Com-
 pendii huius *Logici*, duo propè e-
 fluxerunt anni, ex quo defecerunt,
 distractaq; sunt *Exemplaria* omnia
 & licet à variis, fuerim requisitus,
 & admonitus, de iteratâ illius edi-
 tione; à nemine tamen ita serio.
 quàm à *Scholâ* *Vestrâ*, ejusque *Stre-*
gno *Regente*, *Clarissimo*, ac *Erudi-*
 tissimo


" Régi nyomatványok, Lócse, evang. :"
 /314.ig.j./

DEDICATIO

issimo Dno. Stephano Eszéki, qui crebris ad me datis literis, acriter urfit, ut in emolumentum Scholarum Hungaricarum, imprimis Rivulinae, in qua avidè dudum recepta est, de novo in lucem emitterem, quod etiam, justæ ipsius petitioni morem gerens, præstiti. Cum igitur Schola vestra, cui regendæ, curandæ, & liberaliter fovendæ, præestis: Rectorq; Vester, Authores mihi fuerint ut hanc tenuem Opellam, iteratò evulgarem, Vobis eam sub quorum tutelâ, & paternâ curâ. Ad lumis vestris, Rectoriq; Vestro, Artibus Humanioribus docendis, & discendis occasio suppeditatur, jurè, meritoq; consecrandam censui. Accipite Viri Nobilissimi, Ampliss. & Consultiissimi frontè serenâ, animoq; benevolo, ab Eo. qui vos Deo, Patriæ, Reipublicæ, Ecclesiæ & Scholæ Vestræ, longùm sanos & salvos vivere & valere cupit.

Patakeni. Anno D. 1668. die 8. Septemb.

MICHAEL BUZINKAI.



COMPENDII LOGICI
LIBER PRIMVS.

De Inventione.

CAP. I.

De Logica Definitione & Distributione.

- I. Logica est Ars benè differēdi;
- II. Logicæ duæ sunt partes, Inventio & Dispositio.

CAPUT II.

De Themate.

I. Inventio est prior Logicæ pars, de investigandis simplicibus rerum notionibus.

II. Notio est imago rei in mente concepta, quâ aliquid eidem representatur.

III. Estque Prima, vel Secunda. Prima est, quæ immediatè res ipsas representat, ut: Animal, Homo, Bestia.

A 5

stia.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

stia, Planta, Arbor, Herba, Frutex. Secunda est, quæ primarum habitudinem artificiose repræsentat, ut: Species, Comparatio, Casus, Declinatio, in Grammaticâ. Metonymia, Ironia, Metaphora, Synecdoche, &c. in Rhetoricâ. Causa, Causatum, Subiectum, Adjunctum. &c. in Logicâ.

IV. Notio Secunda, in Logicâ; est vel Simplex, vel Composita.

V. Notio simplex est, quâ unum aliquid menti repræsentatur, estq; extra omnem dispositionem constituta.

VI. Notio simplex est vel Thema, vel Argumentum.

VII. Thema est notio simplex, mentem rei cogitandæ, seu notificandæ congruè uniens; ut: Deus, Mundus, Cælum, Terra, Aqua, Ignis.

VIII. Thematis videnda est Convenientia & Differentia.

IX. Convenientia Thematis, est e

est ejus cum differentiâ facultatibus, id est, intellectu ac voluntate, potentiaq; executiva, ac statu; itemq; circumstantiis, loco nimirum & tempore, & cum ipsâ tractatione congruentia. *ex idem hanc*

X. Differentia Thematis, est certus ejus modus ac gradus. Hæc differentia cognoscitur, ex ejus Reductione, quâ disquiritur ad quamnam disciplinam, quæ principia & prædicamenta thema pertineat.

CAP. III.

De Argumentis in genere.

I. Argumentum est notio simplex, mentem rebus thematicis notificantibus, congruè applicans ut: Causa, Causatum, Subiectum, Adjunctum, Diversa, Disparata, Adversa, Relata, &c.

REGULÆ.

1. Omnia argumenta Logica sunt relata. Ita Causa ad Causatum: Subiectum ad Adjunctum: Dis-

AS

parata

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

sentaneum ad suum Dissentaneum: Comparatum ad suum Comparatum, refertur.

2. Unum argumentum, si respectus maneat invariatus, habet solum unum correlatum. Ita generis correlatum est tantum. Species: Totius, Pars; Definitionis, Definitum.
3. Quod est correlatum alicujus argumenti, illud etiam argumentum est. Ita si Causa est argumentum, Causatum quoque illius correlatum, argumentum erit. Si Adjunctum ad locos Logicos pertineat, etiam Subjectum ad eos pertinebit.
4. Quod continetur sub aliquo argumento, ejus correlatum continetur etiam, sub correlato istius argumenti. Ita si efficiens voluntaria, contineatur sub Causâ efficiente; Etiam Effectum voluntarium continebitur sub Effecto.

Unum

- Unum quodque argumentum, definiendum est, ex suo, non alieno correlato. Ita Subjectum mentione Adjuncti; & Adjunctum mentione Subjecti definitur.
6. Singula argumenta, propriæ affectionis vi seorsim, extra ullam dispositionem, ad arguendum sunt affecta. Ita Definitio separatim à Definito considerata, habet vim arguendi Definitum: Subjectum declarat Adjunctum: & Causa suum illustrat Causatum.
 7. In argumentis non sunt æstimandæ voces, sed considerandæ notiones: fieri enim potest, ut unum argumentum pluribus interdum vocibus exprimat, ut: Sol Poëtarum Virgilius descripsit bellum Trojanum. Parens eloquentie Cicero, defendit Milonem. In his axiomatibus plures sunt voces, sed argumenta in singulis bina.
 8. Una eademque res, pro diverso, ad di-

A 7

ad diversas res respectu, potest induere vel omnia, vel pleraque argumenta Logica, Ita Homo, Causa est suarum operationum, Effectum suorum Parentum: Subiectum eruditionis, pietatis, castitatis: Adjunctum ratione loci alicujus, Totum, quatenus corpore humano, & animâ rationali constat: Pars alicujus Republicæ.

II. Argumentum aliud est Artificiale, aliud Inartificiale..

III. Artificiale est, quod vim thema notificandi insitam habet, ut: *Consentaneum, Dissentaneum, Comparatum & Ortum.*

IV. Argumenta Artificialia sunt duplicia, Prima vel Orta.

V. Prima sunt, quæ vim thema notificandi habent à se ipsis, ut: *Consentanea, Dissentanea, Comparata.*

VI. Argumenta Prima alia sunt Simplicia, alia Comparata.

VII. Simplicia sunt, quæ sine

nullo

nullo tertio interveniente, arguunt suum thema, ut: *Consentanea & Dissentanea omnia.*

VIII. Argumenta Simplicia sunt vel Consentanea, vel Dissentanea.

IX. Consentanea sunt, quæ vi convenientiæ notificant suum thema ut: *Causa, Causatum, Subiectum, Adjunctum, Antecedens, Consequens & Connexa.*

X. Argumenta Consentanea sunt vel Absolutè consentanea, vel Modo quodam talia.

XI Absolutè consentanea sunt, quæ consensionem cum themate, quod arguunt, arctiorem & magis essentialem habent, ut: *Causa & Causatum,*

CAP. IV

De Causâ in genere

CAUSA est Argumentum absolute consentaneum, cujus vi causatum est. Ita virtute Dei Cælum & Terra creatæ Deus

gignit

gitur causa est, Caelum & Terra,
Causatum.

REGULÆ

1. Omnis causa influere in Causatum, & influendo proportionatè agit. Architectus domum edificando, agit, & actione suâ attingit effectum: Ligna, Lapides, lateres, calx, lutum, & horum omnium congrua dispositio, eandem intrinsecò constituunt.
2. Causa prior est causato naturâ, cognitione distinctâ, & dignitate, ut: Anchises, Æneâ: Romulus, Româ: Dido, Carthagine, Ovum, Pullo; & Anima rationalis, Homine.
3. Causa nulla potest dare effectui, quod ipsa non habet vel formalitèr, vel eminentèr & virtualitèr. Ita, Homo immundus mundum procreare nequit, Job. 14. v. 5. Neque Parentes, Filiis suis, immortalitatem & incorrupti-

ruptibilitatem possunt communicare.

4. In ullo causarum genere datur processus in infinitum; sed tandem devenitur ad aliquod primum, in quo subsistendum est. Ita pluviarum causa, sunt nubes: nubium, Vapores virtute Solis elevati; Deus vero solus est causa Solis. Materia primi Hominis proxima, fuit Corpus humanum: Corporis humani, Terra: Terra, Massa primigenia: Masse primigenie, Deus.
5. Positâ causâ sufficiente in actu causandi ponitur effectus; sublata tollitur. Pone Architectum, sufficientibus viribus instratum, volentem producere Domum, peritiâ architectandi præditum; ponas architectationem, & hanc insequens opus. Tolle Architectum, tolles, si non domum, ejus architectationem, sive operationem.

II. Causa est vel Incipiens vel Perficiens. III.

III. *Causa Incipiens* est, quæ inchoat causatum. *Perficiens* est quæ inchoatum absolvit. Istiusmodi sunt. *Efficiens & Materia*. Huiusmodi *Forma & Finis*. *Quædam*

CAP. V.

De Efficiente.

1. **E**fficiens est causa, à quâ res est, *Sic, post Deum, Esse & Vitam, à Parentibus habemus. Eruditionem à Præceptoribus doctis, & diligentibus.*

REGULÆ.

1. Efficiens omne est extrâ effectum constitutum, ut: *Sutor extrâ Calceum. Faber ferrarius, extrâ Serram, Ligonem, Securim.*
2. Omne efficiens verè agit; & quicquid agit, id est efficiens, ut: *Scipio Æmilianus, acri prælio, fudit Pænos; & Carthaginem evertit.*
3. Efficiens est primum motionis principium, neque agit in se ipsum. *Sic, Vt quis Evangelicis promiss-*

promissionibus assertatur; tandem, fiducialitèr sibi applicet. Et primo à Spiritu Sancto, cordibus nostris Eadem ingenerante. & dum hæc, Spiritus ille, in nobis agit, actionis illius, non ipse; sed nos sumus termini.

4. Efficiens debet esse simul cum patiente, in quod agit, ut: *Faber, cum ferro, in Ligonem formando. Gallina, ovis incubando pullos exclusura, cum usdem. Statuarius, cum Lapidibus & Lignis in Statuas, convertendis.*
5. Quamvis efficiens magis unitum; & efficiens majus agant fortius; nullum tamen agit extrâ vires. *Ita, Ignis magis urit, in ferro, quàm in accensa papyro. Piper, Nux myristica, in majore quantitate adhibita, agunt fortius; in minore quantitate, debilitatis; hæc tamen omnia sue altivitatibus spheram non transcendunt.*
6. Efficiens non est ignobilius effecto

fecto, quod produxit, ut: *Deus mundo à se producto, Horologus, Horologio. Sutor calceo; Anchises, Æneâ; imò etiam Philippus Macedo, Alexandro Magno.*

II. Efficiens distinguitur in modos quosdam, quod 1. alia sit Procreans, alia Conservans, 2. Alia Solitaria, alia Socia. 3. Alia Per se, alia Per accidens.

CAP. VI.

De Efficiente Procreante & Conservante.

Efficiens procreans est à quâ res suam esse habet primò. Ita *Cælum & Terra, sunt à Deo. Roma à Romulo. Amor ab otio.*

Efficiens conservans est, à quâ res habet porriò esse. Ita *Deus conservat Mundum à se productum. Bona leges Rempublicam. Nutrix infantem.*

III. Causa Univoca & Æquivoca, illustres sunt in Procreante.

IV. Univoca est, quæ effectum specie sibi similem producit, ut:

Homo

Homo hominem. Leo leonem. Equus Equum.

V. Æquivoca est, quæ producit effectum sibi specie dissimilem, ut: *Deus Mundum, & artifices omnes, opera artificialia.*

REGULÆ.

1. Causa Æquivoca, totius speciei poterit esse causa. Univoca non item, sed individuorum tantum. Sic *Deus produxit totam speciem humanam: At Anchises Æneam genuit: Jacob duodecim Patriarchas.*

2. Potentia agentis Univoci, tota manifestatur in effectu uno, at non Æquivoci. Ita potentia hominis generativa, tota manifestatur in homine genito. Potentia verò Dei, ne in toto quidem mundo producta.

3. Quando duo agentia diversæ speciei consociantur, effectus non potest esse Univocus, qui generatione producitur. Ita sicut

Equus

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

Equus cum Asina congregiatur,
non Equus vel Asinus; verum
Mulus generabitur.

VI. Causa etiam Emanativa, ut
& Transmutativa, in Procreantibus
sunt insignes.

VII. Emanativa est, à quâ effe-
ctus, sine notabili transmutatione,
quasi effluit & emanat. Ita per e-
manationem lumen & radius sunt à
Sole. Ab Anima potentia sentiendi,
intelligendi, volendi.

VIII Transmutativa est, quæ
cum notabili transmutatione seu
motu agit, ut: Ignis in aquam fri-
gidam, calefaciendo eam. Sol in-
quisquillas navales, transmutando
eas, in mures.

CAP. VII.

De Efficiente Solitaria & Sociâ.

Efficiens Solitaria est, quæ
sola, sine aliorum adjumen-
to, producit effectum. Ita Deus
solus produxit mundum. Christus so-
lus redemit genus humanum. Fides
sola justificat.

II. Efficiens Sociâ est, quæ cum
aliis, sive aliorum adjumento pro-
ducit effectum. Ita Spiritus San-
ctus, Ministri & Verbum efficiunt
Conversionem hominis. Ita Septem
Electores eligunt Romanorum Impe-
ratorem.

III. Causæ Sociæ sunt Pares,
vel Impares.

IV. Pares sunt, quæ pari vi ef-
ficiunt, in producendâque effectu
equalis sunt efficaciam, ut. Duo e-
qui equè fortes trahentes plaustrum.
Duo Luctatores virium equalium,
ostem prosternentes.

V. Impares sunt, quæ vi inæ-
quali producant effectum, ut:
Spiritus Sanctus & Verbum exci-
tant fidem in hominibus regentis,
virtute inæquali.

VI. Harum igitur alia est Prin-
cipalis, alia Minusprincipalis.

VII. Principalis est, quæ in ef-
fectu producendo plus cæteris ef-
ficat. Ita in Conversione hominis,
Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus est causa principalis: quia plus operatur ac Ministri & Verbum.

XIII. Minus principalis est, quæ principalem in effectu producendo iuvat, ut: *Incus Malleus, Forceps Fabrum in producendo ligno.*

IX Estque vel Administra, vel Instrumentalis.

X. Administra est, quæ causam principalem, ita iuvat, ut habeat ex se se motus principium, quo ei deferviat. *Ita boves, equi, aliæque jumenta, iuvant agricolam, in terrâ colendâ.*

XI. Instrumentalis est, quæ principalis causæ actionem ita iuvat & exequitur, ut ex se se motus principium non habeat.

XII. Estq; vel Activa vel Passiva.

XIII. Activa est, quæ a principali agente mota, ejus actionem active exequitur. *Talis causa est in*

manu Fabri ferrarii, Malleus. Activa, Securis, Serra in manu Architecti. In minus: agit Causa

XIV. Passiva est, ad quam principalis causa tantum respicit, ut effectum producendum ei assumet. Uno nomine dicitur Exemplar.

XV. Exemplar nihil aliud est, quam imago, vel idea, ad quam agens per intellectum, effectum suum efformat.

XVI. Estque duplex, aliud Extrinsecum, aliud Intrinsecum.

XVII. Extrinsecum est, quod extra intellectum agentis existens, in sensus incurrit, ut: *Moduli quod Sutorem.*

XVIII. Intrinsecum est forma quæpiam intelligibilis rei efficiens, cui causa principaliter agens, effectum suum, quoad ejus fieri potest, contendit conformare. *Idem exemplar est. Domus idealis, in mente Architecti.*

B

REGU.

REGVLÆ.

- 1. Instrumentum totum subservit actioni principalis agentis, quo etiam accipit actionis determinationem. Ita calamus scriptorius, subservit scribenti, & ab eodem, ut certo modo, ordine pingat literas, dependet.
- 2. Hinc etiam sequitur: Agentis principalis, & instrumentalis unam esse actionem. Sic in actio scribenti & calami, nempe scriptio, qua suo modo ab utroque pendet.
- 3. Quia etiam instrumentum subservit principali agenti: hinc eius essentia consistit in usu. Ita Panis Cene Dominicae, in Sacramento est; extra usum non item.
- XIX. Causarum Sociarum sunt etiam aliae Coordinatae, aliae Subordinate.
- XX. Coordinatae sunt, quarum una, independentè ab altera,

operatur in producendo effectu. Sic administranda Republica Romana, duo Consules, fuerunt causa sociæ ordinatae.

XXI. Subordinate sunt, quarum una, ab altera dependentè operatur, in effectu producendo. Ita in generatione hominis, Mater, & Minerva, Sol, dependent à Deo.

XXII. Causarum Subordinate alia est Essentialiter talis, alia vero Contingenter.

XXIII. Essentialiter subordinate sunt, quarum inferior à superiori, in efficiendo, per se à necessario pendet. Ita in producendo Vite, Cælum, Sol, Homo, necesse est dependent à Deo.

XXIV. Causarum essentialiter ordinatarum, alia est Prima, alia Secunda.

XXV. Prima est, quæ in causatione ordine supremum locum tenet.

XXVI. Estque vel Simpliciter absolute prima, vel Secundum quid

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

quid prima.

XXVII. Simpliciter & absolute prima est, quæ ita est prima, ut nullo respectu possit esse secunda. ut: *Deus Opt. Max.*

XXVIII. Secundum quid prima est, quæ in certo tantum causarum genere est prima, ut: *Celum, Sol.*

XXIX. Causa Secunda est, quæ à Prima ita pendet, ut sine eius concursu operari non possit, ut: *Omnes creatura.*

XXX. Estque alia Mediata, alia Immediata.

XXXI. Mediata est, inter quam & effectum ultimum, aliæ interveniunt.

XXXII. Estque alia Remota, alia Propinqua.

XXXIII. Remota est, inter quam & effectum ultimum, plures intercedunt. Sic inter progressionem animalis & motum cæli, tantamquam causam remotam, & effectum

ultimum intercedunt alia.

XXXIV. Propinqua est, inter causam & effectum ultimum, una tantum intervenit causa. Sic elevatio vaporis in nubem, est causa propinqua pluvie; quia tantum una causa intercedit, nempe resuscitatio.

XXXV. Immediata est, quæ immediatam & proximam vi producit effectum. Ita causa proxima risus, est commotio cordis ac diaphragmatis, ex cognito objecto ridiculo.

XXXVI. Causæ contingenter subordinatæ sunt quarum inferior à superiori non pendet suam naturam, ac perse. Ita Statuarius, in producenda statua pendet à Sole.

XXXVII. Ad Causas etiam Solent referri, Causa Universalis & Particularis.

XXXVIII. Universalis est, quæ ad plures res producendas generaliter influit, ut: *Cælum, Sol, imprimis Deus Opt. Max.*

S
li
&
qu
du
Fo
gon
In
pri
ex
defe
jum
ra
X
prin
vat
prin
X
siva
X
pali
actiy

XXXIX. Particularis est, quae determinate attingit certam speciem, Ita homo producit hominem, Leo generat leonem: Equus equum.

XL. Ad causam Adjuvantem pertinet, causa Moralis, quae si quidem influxu, non attingit effectum: nihilominus tamen talis est, ut imputetur ei effectus in laudem, vel vituperium, poenam, vel premium. Huiusmodi causa sunt, quae agunt hortando, monendo, seducendo, consulendo, non impediendo, &c. cum possent & deberent.

XLI. Causae morali opponitur Causa Physica, quae per verum realem influxum attingit effectum. Veluti cum ignis comburat ignibilem materiam, illius combustionis causa Physica est.

CAP. VIII.
De Efficiente Per se, & Per accidens.

Terria Divisione Causa efficiens est vel Per se, vel Per accidens.

II. E

II. Efficiens per se est, quae sua vi, & facultate inhata producit effectum. Ita Hirundo ponit sub trabi- bus nidum. Homo de variis rebus discurret.

III. Estque Naturalis, vel Voluntaria.

IV. Naturalis est, quae naturae ductu, ex inclinatione naturali, nulla deliberatione praecedente, producit effectum. Sic ignis calefacit. Aqua humectat. Magnes ferum propellit.

REGULA.

Naturalis causa est proprie determinata ad unum oppositorum; agitque uno eodemque modo se habens, circa unum, idemque subjectum, semper uno eodemque modo; & agit, (nisi quid impediatur) usque ad extremum virium, seu potentiae suae. Ita ignis determinatus est ad calefactionem; calefacitque semper aequam frigidam; & calefacit tantum.

B4

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

ium quantum potest.
 V. Causa Voluntaria est quae non tantum naturali vi; sed etiam de liberatione, & consilio praecedente producit effectum. Ita Deus creavit Mundum. Messias redemit Electos. Angeli boni amant Deum. Diaboli seducunt homines.

REGULA

Causa Voluntaria, ante determinationem voluntatis suae, positis omnibus ad agendum praerogatis, est indifferens ad actionem: imo post determinationem, etiam, certa moderatione & ex libertate agit; potestque si non omnis, saltem aliqua, pro arbitrio suspendere actionem. Ita Faber ferrarius positus follibus, malleis, incude, igne & ferro potest agere & non agere: potest intensius vel remissius ferrum tundere, & tandem cessare.

VI. Efficiens per accidens est, quae externam vi, seu facultate producit

ducit effectum. Ita Simon Cyrenaeus bajulavit crucem Christi. Fossor invenit thesaurum.

VI. Estque vel Necessaria, vel Fortuita.

VIII. Necessaria est, quae vi cogitur ad effectum producendum. Ita Mercator tempestate oborta, eicit merces. Et Eleazarus necessitate coactus vescitur carne suilla.

IX. Fortuita est, quae praeter intentionem & scopum producit aliquid, ut: Fossor evertens glebas reperit aurum. Piscatores Milesii extrahunt aureum tripodem.

CAP. IX. De Materia

Regimus de Causa efficientes sequitur Materia, quae est causa, ex qua res est, ut: Ex Terra corpus Adami. Ex costa Adami corpus Eve. Ex Lana pannus. Ex Auro Annulus.

REGULA

Materiae causalitas consistit in

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

eo quod rem constituat imperfecte & inchoate. Ita Corpus humanum, constituit hominem.

2. Et quia constituit rem inchoate, hinc, non tantum patitur sed etiam agit. Sic, Aurum, & lapides pretiosi, ratione Annulorum, quos intrinsece constituunt, agunt, licet ratione forma introducenda, vel introducta, quam recipiunt, quodam modo patiantur.

3. Quia etiam dat entitatem rei imperfecte & confuse, hinc: Ab ea non oritur differentia specifica, per quam res aliqua, in certo gradu & specie Entis, constitui posset. Ita differentia hominis specifica, non a Corpore humano; verum ab Anima rationali desumitur.

4. Hinc porro: Prior erit forma, prioritate naturae; non prioritate dignitatis, sic enim prior est forma. Sic, Lapides, Lateres, Calx,

Calx, Trabes, Tigna, &c. priores sunt formae, ab Architecto, in illam, inducendi.

5. Hinc denique: Informis est: quia in se & essentialiter considerata, nihil formae includit, hoc enim si esset, formatum esset. Ita, Ligna ex quibus constituitur Navis, non habent formam Navis, Neque Ovum formam Pulli.

II. Quamvis vero, Materia in veras species dividi non possit; datur nihilominus, non inutilis Materiae in modos quosdam distributio. 1. Est igitur illa alia Sensibilis, alia Intelligibilis.

III. Sensibilis est, quae cum qualitatibus sensibilibus praedita sit, sub sensum cadit. Talis est materia rerum artificialium & naturalium, ut: Hominis, Bestiae, Planta, Domus, Calcei, Ocreae, &c.

IV. Intelligibilis est, quae intellectu percipitur, a sensu vero

S
l
E
Q
d
F
g
H
P
E
d
S
V
P
V
P
S
P
A
ad

agnosci non potest. Talis est
materia rerum incorporearum, Ar-
tium & Entium rationis. Sic oratio
constat ex verbis: Axioma ex argu-
mentis: Syllogismus ex axiomatibus.

V. 1. Materia alia est, Perma-
nens, alia Transiens.

VI. Permanens est, quæ in produ-
cendo effectui, immutata, & in-
variata permanet. Ita Lignum, Na-
vium: Lapidis, Edificiorum: Pan-
nus vestimentorum, permanens ma-
teria est.

VII. Transiens est, quæ in con-
stituendâ effectui essentiâ, transmu-
tatur non retinendo eandem spe-
ciem & nomen. Talis materia est
Cacus: Vermium: Semen, Anima-
lium: Ovum, pullorum.

VIII. 3. Materia alia est Prima,
alia Secunda.

IX. Prima est, quæ se priorem,
in quam resolvi posset, non habet,
ut: Massa primigenia.

X. Secunda est, quæ se priorem
in

in quam resolubilis est, habet. Ita
Corpus humanum est materia secun-
da; itemq; materia Bestiarum,
Plantarum; &c.

XI. 4. Materia denique alia est
Remota, alia Proxima.

XII. Remota est, ex quâ re-
motè constituitur materiaturum.
Sic elementa, sunt materia remota
eorum, quæ ex illis constant.

XIII. Proxima est, ex quâ ma-
teriaturum proximè fit. Ita Corpus
humanum, est proxima hominis
materia.

CAP. X.

De Formâ.

I. F. Uerunt Causæ Incipientes
operationem ad existentiam
rei; sequuntur Perficientes, ut:
Forma & Finis.

II. Forma est Causa, per quam
res est, id quod est. Ita, Homo,
per animam rationalem est id, quod
est. Corpus humanum, per congruam
partium dispositionem, & configura-
tionem.

B 7

tionem. Ars per methodicam preceptorum dispositionem.

REGVLÆ.

1. Forma est potissima pars essentialis Compositi, quâ illud constituitur; ab aliis omnibus essentialiter distinguitur, & operativum redditur. Ita, anima rationalis constituit Hominem, eamq; ab aliis omnibus rebus distinguit, & ad operandum idoneum reddit.
2. Hinc: longè perfectior & nobilior est, quàm materia. Mens hominis, & perfectior, & nobilior est Corpore humano.
3. Hinc etiam: forma unius rei, nequit alteri communicari. Forma Elephanti, nequit communicari Cani. Neque forma Canis competit Lepori.
4. Hinc denique, unius rei, una est forma specifica, Sic homo unam habet formam specificam; videlicet, animam rationalem.

5. FOR-

5. Forma quæque, per suam materiam, suo modo est diffusa. Ita Formæ ^{namq; rei Compositæ} generales, seu, materiales, ex motu, & quiete item situ, & figurâ constantes, per materiam diffunduntur.
 6. Causalitas Formæ consistit in eo, quod compositum constituat perfectè in certo gradu & specie Entis. Ita Mens humana, perfectè constituit hominem in specie humanâ.
- III. Forma licet in veras species distribui non possit; nihilo minus ne receptas Logicæ Studiosus, in Scholis formæ divisiones ignoret, nonnullas proponemus.
- XIV. Est igitur, 1. Forma alia Totalis, alia Partialis.
- XV. Totalis, quæ totum compositum informat, ut: Anima rationalis hominem. ^{namq; ut una semper}
- XVI. Partialis, quæ informat partem compositi, quam adæquatè respicit, ut: Forma cordis, infor-

" Régi nyomtatványok, Lócse, evang. :"
/314.ig.j./

mat ipsum cor: forma capitis, caput: forma hepatis, hepar.

VII. 2. Forma, alia Substantialis, alia Accidental.

VIII. Substantialis, quæ informat substantiam, ut: Forma hominis, Bruti, Arboris, Auri.

IX. Accidental, quæ informat accidens aliquod, ut: Forma Logice, Rhetorice, Coniugii.

X. 3. Forma, alia est Materialis, alia Immaterialis.

XI. Materialis est, quæ maximam habet à Materiâ dependentiam, ut nec esse, nec fieri, nec operari possit; nisi in materiâ, Tales sunt forma brutorum, & aliarum rerum corporearum infra hominem.

XII. Immaterialis, quæ à materiâ tantam dependentiam non habet, quin extrâ eam fieri, existere, atque etiam operari possit. Talis est anima rationalis.

CAP. XI.

CAP. XI.

De Fine.

Finis est causa, propter quam res est. Ita finis hominis creati, est aptitudo illa, per quam apius fit ad declarandam Dei gloriam. Bonitas pacis est finis belli. Bonum salutare peccatoribus quibusdam procurandum, est finis Adventûs Christi in Mundum.

REGULÆ

1. Quia finis est, propter quam res est, hinc sequitur; Neque malum, neque media, neque incognitum, quâ talia, posse habere rationem finis. Ita Homicidium, Scortatio & Furtum non possunt habere rationem finis. Neq; Bellum in ordine ad Pacem consideratum. Neq; Thesaurus ante mille annos occultissime reconditus, Fossionis.
2. Causalitas finis in eo consistit, quod rem perficiat, absolvat, aptitudinemque eidem ad usum

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

sum conferat: unde potissimum causalitatem exercet, in esse (ut loquuntur) actuali reali; non in esse possibili, aut intentionali, consideratus. Sic non Pax intentionalis; sed actualis adfert tranquillitatem, & quietem Regnicolis.

3. Omne agens, propter finem agit; qui suam naturam tantum est bonus & boni. Deus & Natura, nihil agunt frustra. Universa propter semetipsum operatur est Jehova: impiū quoque, ad diem malum. Prov. 19. 4.

4. Finis, quā finis ut prior & præstantior mediis; ita etiam conciliat iis amabilitatem, ordinem & mensuram. Ita Sanitas prior & præstantior est Vene sectione, Potionibus palato parum gratis, Emplastris, & inunctionibus; hisque omnibus ordinem & mensuram prescribit, amabilitatemque conciliat.

5. Fi-

5. Finis interdum coincidit cum formā, si nempe illa spectentur, quorum essentia consistit in usu legitimo. Sic bene differere, est simul & Forma, & Finis Logica. Ornate loqui & Finis & Forma Rhetorica

6. Finis & Efficiens sunt sibi mutuo causæ. Ita Deambulatio modica, ante & post cœnam, est causa conservanda valetudinis; & hæc, finalis causa deambulationis.

7. Post finem ponuntur omnia media, suam naturam, ad finem ordinata. Ita qui ad salutem destinatus est, etiam ad bona opera destinatus est.

II. Finis variis modis distinguitur; est igitur.

I. Alius Per se, alius Per accidens.

III. Finis per se est, propter quem finitum suam naturam est. Ita vestimenta, ad tegendam nuditatem sunt data. Logica artificialia, a juvenibus

juvandam potentiam naturalem in
differendo inventa.

III. Estque vel Cujus vel Cui.

V. Finis Cujus est, cuius ad-
piscendi gratiâ, agens agit. Sic
Sanitatis, cuius causâ, Medicus circa
egrotum laborat, est Medici finis
Cujus.

VI. Finis Cujus primâ divisio-
ne est vel Adæquatus, vel Inadæ-
quatus.

VII. Finis Adæquatus est, qui
nec excedit finitum, nec ab eo
exceditur. Talis finis est Logica,
de bene differere. Grammatica, recte
loqui & scribere. Rhetorica, orna-
te dicere. Nihil enim hic est in-
finitis, quod non sit in finibus:
nihil etiam in finibus, quod non
sit in finitis.

VIII. Inadæquatus est, quæ fi-
nitum vel excedit, vel ab eo exce-
ditur. Talis finis est Logica, argu-
menta simplicia invenire. Rhetori-
ca, orationem per tropos ornare. Phy-
sica,

sica, contemplari res omnes creatas
Angelos, aliaque corpora naturalia.

IX. 2. Finis Cujus alius est Prin-
cipalis, alius Minusprincipalis.

X. Principalis est, cuius gra-
tiâ finitum principaliter est. Ita
Institutionis Cœnæ Dominica Prin-
cipalis finis est, confirmatio fidei, &
obsignatio spiritalium beneficiorum,
cum gratâ recordatione mortis
Christi.

XI. Minusprincipalis est, cuius
gratiâ finitum minusprincipaliter
est. Hoc est, non tam ex natura
rei, quam ex destinatione operan-
tis, seu re illâ utentis aut indigen-
tis. Ita fines minusprincipales Cœnæ
Dominicae, sunt exercitium peni-
tentiae: distinctio Ecclesiarum, à co-
nibus profanis; declaratioque cha-
ritatis mutuae.

XII. Finis Cui est, cui finis Cu-
jus acquiritur. Ita finis cui, sani-
tatis est egrotus: illi enim ea, pe-
cunia mediâ procuratur. Finis cui
sani-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

salutis, per Christum parte, sunt peccatores quidam.

XIII. Finis per accidens, propter quem finitum per accidens est: Ita peccati finis per accidens est, illustratio gloriae divinae. Finis Schismatum & haeresium, manifestatio veritatis orthodoxae.

CAP. XII.

De Causato.

Ergo de Causa; Causatum est argumentum absolute consentaneum quod a causis actu concurrentibus existit. Ita Homo Causatum est, ab efficiente, (parentibus) ex materia, (corpore humano) per formam, (animam rationalem) propter finem (aptitudinem ad usum, cui inservire debet) productum.

REGULAE.

Cum Causatum existat, a causis omnibus concurrentibus actu hinc: Omnes res creatae habebunt Efficientem, Materiam,

For-

Formam & Finem, suo modo, Entia etiam ficta, per fictitatem. Ita, Sol est a Deo ex Luce primigenia productus, materia, sua, figura, & magnitudine praeditus; ad diem a nocte distinguendam ordinatus. Regia quoque, Solus non tantum Materiam & Formam fictam, quarum mentionem facit Ovid. 2. Metamorph. verum etiam Efficientem & Finem fictum habuisse concipitur.

2. Quia etiam Causatum a Causis existit, igitur ab ipsis dependebit in essendo, & cognoscendo. Sic, Homo primus, Adamus, a Deo, pulvere terrae, Animam a Deo creatam, & Aptitudinem, quam gloria Dei illustrando inservit, dependebat, in cognoscendo & essendo.

3. Hinc: Quicquid est in Causato, praexistit in causa, vel formaliter, vel eminenter & virtualiter. Ita, Quicquid est essen-

siale

S
li
e
qu
di
Fo
go
In
pr
ex
de
ju
ra
ps
vat
pr
siv
pal
act

riale in Alexandro praexistit in Philippo Macedone. Et quicquid est perfectionis in omnibus Creatoris, id totum praexistit ab omni aeternitate, in Deo.

4. Hinc etiam! Accurata Causati cognitio. fuit ab accurata Causarum cognitione. Sic, Nemo ad accuratam Cometarum & Planetarum cognitionem devenit, nisi prius illorum causas accuratè cognoverit.

II. Causatum est quadruplex: Effectum, Materiaturum, Formatum & Finitum.

III. Effectum est causatum, quod ab efficiente est ut: Motus, Res motu facta suo modo, Laudes, & Vituperia, Dicta & Scripta, Consilia & Deliberationes; denique effecta Virtutum & Vitiatorum.

IV. Divisiones Effecti, mutatis habitudinibus, ita possunt institui, ut Efficientis. Effectum igitur aliud est Procreatum, ut: I. saas

& Ismael, Abrabami generant filii. Aliud Conservatum, ut, Becca, Debora conservantis. Aliud Solitarium, ut Cades Rutulorum à Niso patrata. Aliud, Sociatum, ut: Varadinum à Passis exortuq, Turcici Imperatoris, expulsum. Aliud, Naturale, ut: Vidus ab hirundine sub trabibus fructus. Aliud, Voluntarium, ut: Caelum & Terra à Deo creata. Aliud Necessarium, ut: Esus carnis suille ab Eleazaro. Aliud Fortuitum, ut: Inventio Thesauri, à fossore. Et sic in caeteris pergendum.

V. Materiaturum est Causatum, quod ex Materiâ, per unionem Formæ, constituitur, ut: Homo ex corpore humano, cui unita est Anima rationalis. Distributio, quæ Materiæ eadem est Materiati mutatis tantum respectibus.

VI. Formatum est Causatum, quod per Formam mediâ unione Materiæ, constituitur, ut: Homo per

C

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

per Animam rationalem, qua
tur Corpori humano. Servatis ha
rudinibus, Formato conveni
tibus, ita, & toties poterit divi
quomodo, & quoties ipsa Form
VII. Finitum est, quod p
pter Finem est, ut: Homo prop
aptitudinem illam, qua glorie
illustranda inservire potest. Bell
suscipitur propterea, ut Incola
eius Regionis tranquille possint
vere. Toties dividi potest, quo
es Finis ipse.

CAP. XIII.

De Subjecto.

I. Argumentis absolute Con
sentaneis, succedunt Mo
do quodam Consentanea, qua
cum suo themate, quod arguunt
consensionem leviolem, & magi
accidentalem, habent.

II. Suntq; Primi, vel Secundi
generis.

III. Primi generis sunt ea, quo
rum unum ad alterius, bene esse
& ad

& accidentale complementum
pertinet, ut: Subjectum & Ad
iunctum.

IV. Subjectum est, cui aliquid
praeter essentiam adjungitur, ut
Aristoteli Eruditio. Davidi Pietas
Ciceroni Eloquentia. Casari For
tudo.

REGVLE.

1. Non-Subjecti, nulla sunt Ad
iuncta. Ita Purgatorium locum
non est: idcirco nullos habet in
colas. Fortuna, qualem Veteres
finxerunt, nulla est: non erit igitur
tur caeca dicenda.

2. Omne Subjectum, prius est Ad
iuncto. & quidem semper, quod
ad prioritatem naturae attrinet
aliquando vero, si priorita
temporis, & cognitionis attet
datur. Ita, primo modo prior
anima, potentia ratiocinandi
ridendi. loquendi Secundo mo
do prior Plato quam ipsius sap
entia. Tertio modo Termin
C2

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

aliquis simplex, (v. g. Subje-
ctum) quatenus in ordine con-
ceptus nostri, est quasi via, per
quam devenimus ad conceptum
(v. g. Adjuncti.) alterius ter-
mini simplicis.

3. Omne Subjectum, ab Adjun-
cto aut afficitur, aut denomi-
natur. Ita à tristitia, latitia, affi-
citur homo. Ab Armis vero To-
gâ, vel Pallio, denominatur ar-
matum, rogatum, palliatum.

4. Subjectum in rigore sic di-
ctum, non potest prædicari,
de suo Adjuncto quidditative,
Ita, Colorem non possumus dicere
Superficiens: neque Doctrinam
possumus appellare Animam; ut
nec motum, Corpus naturale.

5. Subjectum dignius, & fortius
esse concipitur quàm Adjun-
ctum; quatenus hoc, ad se tra-
hit illud. Ita Magnes dignior,
& fortior concipitur ferro, quod
ad se trahit.

6. Sub-

6. Subjectum aliud est Recipiens,
aliud Occupans.

VI Recipiens est, quod Adjun-
ctum recipit ut. Aristoteles eru-
ditionem. Plato sapientiam. He-
ctor galeam. Achilles loriceam.

VII. Subjectum Recipiens, re-
cipit Adjunctum, vel Indefinitè,
sine assignatione ullius circum-
stantiæ; vel Definitè cum assigna-
tione alicujus circumstantiæ.

VIII. Indefinitè si recipit,
Subjectum erit. r. Aliud Inhæ-
sionis aliud Adhæsionis.

IX. Subjectum Inhæsionis est,
quod Adjunctum recipit in se, ut:
Anima virtutes & Vicia. Corpus
longitudinem, latitudinem, & pro-
funditatem. Vocatur alio nomi-
ne, Subjectum in quo.

X. Subjectum Adhæsionis est,
quod Adjunctum recipit ad se, vel
per modum adjacentiæ, ut: Homo
vestes, arma: vel per modum cir-
cumstantiæ, ut: Rex famulicium.

C 3

sunt

" Régi nyomtatóványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

sum. Dives lapsus adjuutores suos.

XI. 2. Subjectum est aliud Ab-
solutum, aliud Limitatum.

XII. Absolutum est, cui Ad-
iunctum, sine ulla limitatione,
convenit. *Ita homo est Subjectum
risibilitatis.*

XIII. Limitatum est, cui Ad-
iunctum convenit limitate, & se-
cundum partem. *Tale Subjectum
est albedinis Ethiops. Hoc etiam
modo, Minerva glauca; & Socra-
tes, dicitur simus.*

XIV. 3. Subjectum etiam aliud
est Commune, aliud Proprium.

XV. Commune est, quod cum
Adjuncto suo non recipitur.
*Tale Subjectum est homo, albedinis,
Corvus nigredinis. Electi fidei hi-
storica.*

XVI. Proprium est, quod cum
suo Adjuncto recipitur, ut:
*Homo cum risibilitate. Animal cum
sensibilitate.*

XVII. Definite si recipiat ali-
quid

quid Subjectum, dicitur *Locus,*
cui est spatium rei locatae. *Ita spa-
tia in caelo sydereo concepta, reci-
piunt Stellas: concepta in aere, Vo-
lucres: concepta vero in Urbe,
Cives.*

XVIII. Subjectum Occupans
est, circa quod Adjunctum occu-
patur. Alio nomine dicitur Ob-
jectum. *Sic sensibilia sunt Objecta
sensuum: color, visus; sonus, audi-
tus; odor, olfactus; sapor, gustus.*

XIX. Objectum varie dividi-
tur. 1. Aliud est Totale, aliud
Partiale.

XX. Totale est, quod adaequa-
tur suo Adjuncto, seu. in quo om-
nis actio Adjuncti Occupati ab-
solvitur. *Ita, Objectum totale Rhe-
toricae, est Ornata distinctio. Physica,
corpus naturale.*

XXI. Partiale est pars Objecti
totalis, suo Adjuncto non adaequa-
ta. *Sic Metalla, Meteora, Planta,
sunt Objecta Partialia Physica. Af-
fectio*

fectiones Entis simplices, Metaphysicae, & Figurae Rhetoricae.

XXII. Huc referri potest distinctio objecti, in objectum Adequationis, estque objectum totale; & Objectum Perfectionis, cum hoc tamé discrimine, quod non quælibet Objecti totalis pars; verum nobilior, illud sit. Sic Metaphysica Objectum adequatum est Ens generaliter sumptum; perfectionis, Substantia.

XXIII. 2. Objectum est vel Per se, vel Per accidens.

XXIV. Per se est, in quo Adjunctum suâ naturâ occupatur. Sic Objectum per se Intellectus est verum: Voluntatis bonum.

XXV. Per accidens est, in quo Adjunctum ex accidenti, & eventualiter occupatur. Hoc modo Intellectus versatur circa falsum: Voluntatis circa malum.

XXVI. 3. Objectum est vel Commune, vel proprium.

XXVII.

XXVII. Commune est, in quo plura Adjuncta occupantur. Ita commune judicium Objectum, sunt Reges: Civitas administranda, Consul.

XXVIII. Propriū est, in quo unū Adjunctū occupatur. Sic proprium visus Objectum, est color: Auditus, sonus: Olfactus, odor.

XXIX. Ultimò distinguitur Objectum in Materiale, & Formale.

XXX. Materiale est res, in disciplinis consideranda. Ita in Metaphysicâ Objectum materiale, est Ens: in Physicâ, Corpus naturale: in Mathematicâ, Quantitas.

XXXI. Formale est ratio formalis, sub quâ res in disciplinis consideratur. Ita in Metaphysicâ consideratur Ens, quatenus est Ens: in Physicâ, Corpus naturale quatenus est naturale. In Mathematicâ, Quantitas ut est ab omni materia sensibilibus abstracta.

C5

CA:

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

Post Subjectum, sequitur Adjunctum, estque Argumentum modo quodam Consequentium, primi ordinis, quod alicui prater essentiam adjungitur, ut *Homini sapientia, pietas, vestes, arma.*

REGULÆ.

1. Non-Adjuncti, nulla sunt Subjecta: hæc enim relative dicuntur; Ergo, *Animarum cum veniali peccato excedentium, locus non est Purgatorium.*
2. Adjunctum naturâ posterius est Subjecto: id enim quod alicui unitur, posterius est eo, cui unitur. Ita *Eruditio Pietas, posteriores sunt homine.*
3. Adjuncta in rigore sic dicta, debent voce adjectivâ de Subjectis enunciari, ut: *Homo est doctus.*
4. Adjuncta copiosiora & frequentiora sunt Subjectis, ut: *David fuit pius, justus, fortis, sapiens.*

II. Quot modis Subjectum dividatur; tot modis etiam Adjunctum dividendum. Est igitur aliud Receptum vel Occupatum.

III. Receptum est, quod a Subjecto recipitur, ut: *Risibilitas ab homine. Sanctitas ab Angelis. Armatura à Militibus.*

IV. Estque receptum vel In rem, vel Ad rem.

V. Adjunctum Receptum In rem est, quod intimè Subjecto unitur. Sed, quod Subjecto inhæret, & in ipso existit, unde etiam internum vel inhaerens, dicitur. Talia Adjuncta sunt Accidentia omnia, ut: *Fides, Spes, Charitas, Justitia, Albedo, Rubedo, Scientia, Sapientia.*

VI. Estque Proprium, vel Commune.

VII. Proprium est quod uni soli;

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

I
S
li
E
qu
di
Fo
go
In
pr
ex
de
gu
ra
pr
vat
pri
siva
pali
acti

foliq; Subjecto specifico, & se
per inest, ut. *Rationabilitas, Ri
sibilitas homini. Et si medi
bipes, lan*

REGVLE

1. Nullum Proprium, propr
dictum, potest abesse unquam
a suo Subjecto; in tantum, ut
nequeat Subjectum, vel ad mo
mentum concipi, sub negatio
ne Proprii. Ita, *Facultas ratio
cinandi, loquendi, ridendi, nun
quam possunt ab Homine separa
ri. Non etiam a Corpore Exten
sivo & Impenetrabilitas. Neq; si
ne his alterutrum horum concipi
potest.*

2. Nullum Proprium communi
cari potest alteri Subjecto, spe
cie diverso. Sic, *Risibilitas non
potest communicari Bruto. Ita
etiam Potentia rugiendi, propria
est Leonum. Potentia latrandi
Canum; & Potentia hinnienti
Equorum.*

3. Adjunctorum Propriorum, u
nice;

nice, solum & adaequate ab es
sentiâ Subjecti dependentium,
æqualis est participatio; non e
rim recipiunt magis, & minus.
Ita, *Rationabilitas & Risibilitas,
æquè insunt Paulo, Petro, Eliza
bera, Susanna, & omnibus Indi
viduis humanis.*

VIII. Adjunctum Commune
est, quod pluribus speciebus pari
ter, seu æqualitèr inest, ut: *Al
bedo homini, cygno, lactis, saccharo.*

REGVLE

1. Adjunctum Commune, non flu
it ab essentialibus principiis
sui Subjecti, adeoque poterit e
jus Subjectum concipi, sine ullâ
implicatione, sub ejus opposi
to. Ita *albedo non fluit ab essen
tiâ hominis, unde homo poterit
concipi sub nigredine, albedini
oppositâ.*

2. Adjunctum Commune, non
uni Subjecto, verum pluribus
Specie distinctis, potest, inesse
ut pri

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : "
/314.ig.j./

ut prius sub Definitione vidimus.

IX. Adjunctum Commune est vel Separabile, vel Inseparabile.

X. Separabile est, quod facile à Subjecto separari potest, ut: *Sanitas ab homine. Pulchritudo à flore.*

XI. Inseparabile est quod à Subjecto per naturam non separatur, ut: *Gravitas à saxo. Pondus ab arena, Nigredo ab Æthiope.*

XII. Adjunctum Receptum Ad rem, quod extrinsecè unitur Subjecto, ut: *Toga Romanis. Pallium Græcis. Ocrea peregrè ituris.*

XIII. Estq; vel Adhærens, ut: *Vestis, Armatura: vel Circumstans quod circumstat, vel quaedam res particularitèr, quomodo Concio circumstat Oratorem. Exercitus Imperatorem. vel res omnes universalitèr, ut: Tempus, quod est duratio rerum præterita, præsens & futura.*

XIV. Adjunctum Occupatum est,

quod, circa suum Subjectum occupatur ut: *Jurisconsultus, circa Leges, Medicus, circa corpus, Theologus, circa animam.*

CAP. XV.

De Antecedente, Consequente & Connexis.

I. **F**uerunt Argumenta, modo quodam Consentanea, Primi ordinis: sequuntur Secundi ordinis, inter quæ, nudus tantum ordo apparet.

II. Suntque Subordinata, ut: *Antecedens, & Consequens: vel Coordinata, ut Connexa.*

III. Antecedens est, quod rem ordine temporis antegreditur, sic tamen, ut illius neq; Causa, neque Subjectum sit, ut. *Conceptio, partum: flos arboris, fructum: infantia, pueritiam: rubor Luna, ventum.*

IV. Antecedens est vel. *Necessarium: vel Contingens.*

V. Necessarium est, quod suum Consequens necessario antecedit.

dic. ut: Pueritia iuventutem: Ver-
estatem: Flos, fructum: Institutio
Cæna Dominica, passionem.

VI. Contingens est, quod suum
Consequens contingenter ante-
cedit, ut Pallor Luna, pluviam,
rubor ejusdem ventum: albor se-
renitatem.

VII. Consequens est, quod
suum Antecedens sequitur, sic ta-
men, ut non sit ejus Effectum, ne-
que Adjectum. Ita Conceptionem
sequitur partus: Adolescentians,
juventus.

VIII. Estque Necessarium vel
Contingens.

IX. Necessarium est, quod
suum Antecedens necessario sequi-
tur; necessitate potissimum hy-
potheticâ. Sic Institutionem Cæ-
nae Dominicae sequebatur passio;
hanc, mors; mortem, sepultura; se-
pulturam, resurrectio: Et hanc, a-
scensio Christi in Cælum.

X. Contingens est, quod suum
ante-

Antecedens, contingenter sequi-
tur, ut: Pallorem Luna, pluviam;
juventutem, etas virilis; Et hanc
conectus.

XI. Connexa sunt, quæ simul
sunt. Vel: quorum unum ali-
sine dependentiâ, aut consecutio-
ne, conjungitur. Ita Justitia &
Misericordia in Deo, sunt connexa.
In homine facultas ratiocinandi &
ridendi. Passio Christi & Ecclipsis
Solis.

XII. Connexa alia sunt Ne-
cessario, alia Contingentia.

XIII. Necessari sunt, quo-
rum unum alteri immutabiliter
conjungitur. Ita in homine, ne-
cessario connectuntur facultas ratio-
cinandi, ridendi, & loquendi. In
Deo Omnipotentia, omnipresentia,
Omniscientia, &c.

XIV. Contingentia sunt, quo-
rum unum alteri, mutabiliter con-
nectitur. Ita in Mulierculis qui-
busdam, mutabiliter conjunguntur
merc-

" Régi nyomtatóványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

meretricium, & veneficium. In Sa-
crate doctrina, & probitas.

REGVLÆ.

Antecedentium, Consequentium, &
Connexorum.

1. Antecedens, ad suum Conse-
quens: & Consequens, ad su-
um Antecedens: Vnum item
Connexorum ad alterum, pro-
priam habet relationem, quæ
neque Causæ & Effecti; ne-
que Subjecti & Adjuncti esse
poterit.
2. Multum iuvat in Historiis le-
gendis; Textibus sacris & pro-
fanis resolvendis; omni deniq;
disciplinâ attendere ad Antece-
dentia, Consequentia, & Con-
nexa.

XV. Ita Classis Consentaneo-
rum absoluta est, ad quam ceu fon-
tem primum, omnis illa Identi-
tas, quæ in rebus reperitur, re-
ferri debet.

CAP. XV.

CAP. XVI.
De Dissensibus.

Præsumimus de Argumentis Con-
sentaneis. Dissentanea sunt
eorum unum notificat alterum,
disconvenientiæ, ut: *Facundum,
est formosum: Planta, non est
tallum: Virtus, non est vitium:
minimus non est servus: Homo non
non-homo. Visus, non est cæcitas.*
his omnibus, unum, vi dissen-
sionis, notificat alterum.

REGVLÆ.

- Omnia Dissentanea, disponun-
tur tantum negative: dissensio
enim intert unius ad aliud ne-
gationem, ut: *Nebula non est
Rôs. Bellum non est Pax.*
2. Dissentanea ut sic, & quæ talia,
inter se sunt æquè manifesta &
nota, ut: *Spiritus & Corpus.*
 3. Dissentanea suâ dissensione, cla-
rius elucescunt, ut: *Virtus op-
posita Vitio. Cæcitas opposita
Visui.*

II. Dis-

M. Dissentanea sunt dupliciter
Diversa & Opposita.

MI. Diversa sunt Argumenta
Dissentanea, quæ sola ratione
dissentant, ut: *Quanquam temperans fuerit Cato; non tamen est heres vite aeternae.* Hic Temperans dissentat a Cato, quia non esse heredem vitae aeternae, externè tantum, & respectu alicujus argumentalis affectionis in quâ convenire possent, ex sua naturâ, dissentiunt. *Quanquam Gentes noverint Deum; cum tamen non glorificârunt.* Hic etiam non esse Deum; verum cognitum non glorificare, ratione differunt.

REGULAE

1. Diversa ita dissentiunt, ut uni Subjecto convenire possint. Ita, *facundum & formosum, ita dissenserunt respectu Ulyssis; ut tamen in Absolone, Solomone & Aeneâ, optimè convenerint.*
2. Diversa dissentiunt, non tantum ratione ratiocinante, vel

conceptu nostro: sed etiam ratione ratiocinatâ, vel ratione tuâ. Sic, *Eruditum esse; sed non bene moratum: & Mediâ morte generi; non tamen tacere, non tantum ratione ratiocinante, nullum in re fundamentum habente; sed etiam ratione ratiocinatâ, quæ in re fundamentum habet, dissentiunt.*

Dissentio hæc rationis, est quodammodo res, non sint Causæ, ejusdem effecti; vel effecta, ejusdem Causæ: vel Subjecta, ejusdem Adjuncti; vel Adjuncta, ejusdem Subjecti, ut: *Quanquam Anchises & Venus, connubio fuerint juncti; non tamen Alexandrum Magnum genuerunt. Licet Esau & Jacob fuerint fratres germani; non fuerunt tamen filii David. Quamvis Ulysses faceret facundus; non fuit tamen formosus. &c.*

3. Omnia Diversa, si considerentur

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

rentur in naturâ suâ abstrahuntur
erunt Opposita, ut: *Fortitudo*, & *Facundia*. *Cognitio Dei*, & *dem Glorificatio*. *Hereditas*, & *eterna*, & *Temperantia*. & *con-*
considerentur concretè, in
hant & erunt Diversa, ut: Sacer-
mosum, & Facundum, & Co-
5. *Ufus diversorum præcipue*
detur positus, in declarando
distingvendo; ut scilicet, in
se distingvantur, quæ ab in-
ritis, propter affinitatem con-
funduntur: ut, Insignia vi-
via reportare; non videtur
Factum Ligarii, non Scelus;
error fuit. Habent etiam ut
in Syllogismo, si sumantur
combinatim: ut Qui in Mu-
dotantum premantur; non ut
opprimuntur: illi de bonitate Dei
desperare non debent: At Pii,
Mundo premantur tantum; se-
non opprimuntur. Ergo Pii de hu-
manitate Dei desperare non debent.

CAP. XVII.

De Dissparatiu.

Opposita, sunt Argumenta
Dissentanea, quæ re dissen-
sunt, ut. *Homo & Pianta*. *Spiri-*
us & Corpus. *Magistratus & Sub-*
ditus.

II. Re dicuntur differre: quia
ta dissociantur, ut non possint
consociari, quoniam internè, ac
reali suâ naturâ, Materiâ nimi-
rum proximâ & Formâ specificâ
dissentiant.

REGULÆ.

1. Opposita, non possunt eidem
Attributionis subjecto attribui,
secundum idem, ad idem & eo-
dem tempore. Ita *Æthiops se-*
cundum dentes, non potest esse si-
mul. & albus, & niger. Magi-
stratus, sub eodem respectu subdi-
tus. Lazarus, eodem tempore, vi-
uus & mortuus.
2. Hinc, Vno Oppositorum affir-
mato, alterum necessariò nega-
itur.

tur: licet uno negato, non
 biq; possit alterum affirmari.
 Ita affirmatio de aliquo Subjeto
 (ut Abrahamo) hominis; negatio
 bitur bestia. At negatio de alio
 quā superficie, albedine, non sufficit
 ut impoterit affirmari nigredo: potest
 ut enim ea esse colora, purpura
 rea, vel virida.

3. Opposita opponuntur, juxta
 formas, & Adjuncta Propria
 non secundum Attribute commu-
 nia, ut: Spiritus invisibilis;
 Ergo Corpus non erit invisibile.
 Homo est rationalis: Ergo Bestia
 rationalis non erit. At non va-
 let: Frigus est qualitas: Ergo,
 Calor non est qualitas.

III. Opposita sunt duplicia,
 Disparata & Contraria.

IV. Disparata sunt Opposita,
 quorum unum, multis pariter op-
 poni potest. Ita Nubes opponi po-
 terit Auro, Argento, Ficus, Pyre-
 Lion & Equo.

RE-

REGVLÆ

Disparatum de Disparato, pro-
 hibet & affirmativè enunciari non
 potest. Ita non valet: Homo est
 arbor. Virtus est color. Pius est Ce-
 lus. Impropiè tamen, Dispa-
 ratum de Disparato affirmativè e-
 nunciatur, ut: Panis est Corpus
 Christi. Pascha est transitus Jehove.
 Sic tamen observandum fuerit;
 Disparata per tropum fieri Com-
 parata.

CAP. XVIII.

De Relatiu.

Contraria sunt Opposita,
 quorum unum ubi tantum
 opponitur, eodem oppositionis
 genere ut: Amori, Odium. Pre-
 ceptori, Discipulus. Planta, non-
 Planta. Justitie originalis, Pecca-
 tum originale.

REGVLÆ

1. Contraria sunt tantum duo, ut:
 Homo & Bestia. Pater & Filius.
 Visus & Cœcitas.

D

2. Con-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
 /314.ig.j./

2. Contrariorum si unum sit in eodem Subiecto, alterum esse nequit: & si unum non sit, alterum esse potest, ut: si *Aqua sit frigida, eo tempore, quo talis est, calida esse non poterit: sed frigida si non sit, poterit esse calida.*

3. Unum Contrariorum si vincat, corrumpitur alterum, ut: *Sex gradus caloris si sint in aqua, in qua fuerunt quatuor gradus frigoris: sex ille gradus caloris, corrumpunt quatuor gradus frigoris.* Contrariorum, contraria sunt Causae, Effecta, Subiecta & Adiuncta, ut: *Virtus est à Deo, vitium à Diabolo. Temperantia firmat valetudinem, Intemperantia debilitat. Homo est rationalis, Bestia irrationalis.*

II Contraria sunt duplicia Affirmantia vel Negantia.

III Contraria Affirmantia sunt, quorum uterq; terminus est posi-

positivus; ideoq; rem aliquam, in reum naturâ esse denotat, ut: *Relata & Adversa.*

IV. Relata, sunt Contraria Affirmantia, omnium Contrariorum minimam pugnam habentia; ut quorum unum, constat ex mutua alterius affectione. Ita *Dominus & servus. Praeceptor & discipulus. Pater & Filius, Relata sunt.*

REGULA

I. Relata, eo quod sub Contrariis contineantur, sunt tantum duo; neq; datur in iis, medium participationis. Ita nihil est in re, omninaturâ quod sub uno eodemq; respectu, partim pater, partim filius: partim magistratus, partim subditus: partim Dominus, partim servus, esset; verum vel tantum pater, vel filius tantum: vel Magistratus tantum, vel subditus tantum esse poterit.

2. Relative Oppositorum utrumq; est positivum, ut: *Maritus & Uxor.*

D2

Uxor

- Uxor: Majores & Posteriores.*
3. Relata sunt simul naturâ relationis: non semper rei, vel loci. Ita Panis Cœne Dominica, & Corpus Christi relativè considerata, sunt simul. At Pater alicujus in Tartariâ existens, cum Filio in Hungariâ degenti, si loci habeatur ratio, non est simul.
4. Relata sunt sibi mutuò Causæ, ratione consecutionis, cognitionis & mutuæ affectionis, quâ unum respicit alterum. Ita, quod Servius dicatur Dominus inde est, quod ei serviat Sempronius. Et qui scit Alexandrum fuisse Discipulum Aristotelis: scit etiam Aristotelem fuisse Praeceptorem Alexandri Magni.

C A P. XIX.
De Adversis.

Adversa sunt Contraria Affirmantia absoluta, sub eodem Genere plurimum distantia, & in se perpetuò, pugnantia. *Virtus & Vitium.*

Vitium: Bellum & Pax: Homo & Bestia: Spes & Metus: Amor & Odium: Albedo & Nigredo.

REGVLÆ.

1. Adversa licet plurimum pugnet, sub eodem tamen Genere continentur, ut: *Homo & Bestia, sub Animalis: Spiritus & Corpus, sub Substantiâ: Virtus & Vitium, sub Habitu.*
2. Adversa igitur non sunt, quæ sunt ejusdem Speciei, quâ talis neq; etiam ea, quæ non sunt ejusdem Generis. Ita *Petrus, Paulus, Jacobus, Maria, &c.* quæ continentur sub Specie speciosissimâ, Adversa non sunt. Neque etiam *Arbor, Aurum & Equus* Adversa debent dici, ut enim illæ sunt ejusdem Speciei, ita hæc non sunt ejusdem Generis.
3. Non tantum Accidentia, & inter illa, Qualitates præcipue possunt opponi adversè; verum etiam Substantiæ, ut: *H*

D 3

mo & Bestia, Spiritus & Corpus.

4. Etiam Quantitati, poterit esse aliquid adversum. Ita patet per exempla; nam Curvilineum & Rectilineum: Rectangulum & Obliquangulum. Numerus Par & Impar, Adversa sunt.

CAP. XX.

De Contradictentiis.

I. **F**uerunt Contraria Affirmantia. Negantia sunt, quorum alter terminus est positivus, seu affirmativus, alter verò negativus. Huiusmodi Contraria sunt Contradictentia & Privantia.

II. Contradictentia, sunt Contraria Negantia, quorum alterum negat ubiq; ut: *Ens, non-Ens: Homo, non-Homo: Planta, non-Planta.*

III. Ubiq; negare, est ita illud, quod affirmatum fuerat negare, ut nulla certi, naturalisq; Subjecti habeatur ratio; sed negatio e ad omnia, quaecunq; non sunt contenta, sub affirmato, seu altero

Con-

Contradictentium termino positivo, extendat. Exemplum esto: *Virtus, non-Virtus*, hic posterior terminus negat, & quidem ubiq; nam de quacunq; re, *Virtus* non dicitur, de eâ omni dicitur non-*Virtus*.

REGVLÆ

1. Contradictentia nullum habent medium, né negationis quidem extremorum. Ita nihil est in rerum natura, quod partim *Homo* sit, partim non-*Homo*.
2. Contradictentia sunt omnium Oppositorum prima, simplicissima & fortissima.

CAP. XXI.

De Privantiis.

Privantia sunt Contraria Negantia, quorum alterum negat in eo Subjecto, in quo affirmatum, suapte natura inest. Ita motus in corpore vivo, negat vitam. *Tenebrae, in aere, Lumen: Cacitas, oculo Visum.*

D4

II. In Privantibus, id quod affirmat, Habitus; quod verò negat, Privatio dicitur.

III. Habitus, est perfectionis inesse debitæ, præsentia, in naturali Subiecto. Sic *Visus* est Habitus naturalis, in oculo: *Auditus*, in auribus: *Vita*, in animâ.

IV. Privatio, est Habitus in Subiecto idoneo, absentia. Ita *Cæcitas* est Privatio visus, in oculo: *Surdities*, auditus, in auribus: *Mors*, vita: *Paupertas*, divitiarum.

REGULÆ.

1. Privatio negat in Subiecto, cui naturâ competit Habitus. Ita *Cæcitas*, negat visum in Animalibus: *Mors* in in corporibus vivis; non autem in corporibus vitæ competibus.

2. Privatio, per se in sensus non incurrit; neq; ullam habet intrinsecam Differentiam; neque ipsa aliorum differentia esse potest. Ita *Cæcitas* sub sensum non cadit.

cadit, neq; sub Specie propriâ cognosci potest. *Surdities* à *Cæcitate* per aliquid intrinsecum distinguere non potest. *Surdities* & *Cæcitas*, *Visus* Differentia esse nequit.

3. Privatio, nude & simpliciter considerata, non habet effectus veros & positivos, qui per realem & physicum influxum ei convenirent. Ita *Peccatum* formaliter & nude sumptum, non habet ullos effectus positivos.

4. Privatio, quæ Habitum illum, qui per naturam suam, alicui Subiecto poterat, & debebat inesse, subsequi solet, non tribuitur Subiecto, ante determinatum tempus, quo Habitus debebat inesse. Sic *Catuli* ante nati- num diem, non dicuntur cæci; neq; *Infantes* ante determinatum tempus, edentuli.

V. Privatio alia est *Totalis*, alia *Partialis*.

VI. Totalis, est quæ & actum & potentiam simpliciter tollit: *Mors & actum, & potentiam vivendi.*

REGULÆ.

Privatio Totalis, non recipit magis & minus, neq; datur ab eâ naturaliter regressus ad Habitum. *Ita Lazarus non magis, neq; minus mortuus est. morte corporali quam Epulo, neque Epulo magis aut minus, quam Lazarus egentissimus: Mortuus est Lazarus; amicus Salvatoris; sed non naturaliter, verum supernaturaliter revocatus est ad vitam.*

VII. Partialis, est quæ actum tantum tollit, non verò potentiam, ut. *Somnus actum vigilandi, non potentiam aufert: Umbra & Crepusculum actum illuminationis, non potentiam illuminandi.*

REGULÆ.

Privatio Partialis. recipit magis & minus; daturq; ab eâ naturali.

raliter regressus ad Habitum. *Ita dantur Surdi, qui nihil audiunt; reperiuntur etiam Surdastræ, qui licet agrè, audiunt tamen aliquid; & ab hoc defectu, idoneis medicamentis adhibitis, possunt liberari.*

CAP. XXII.

De Paribus.

Fuerunt Argumenta Simplicia; Comparata sunt, Argumenta Prima, quæ in aliquo Tertio conferuntur, ut: *Homo & Flus in subitaneo interitu: Herodes & Vulpes, in astutiâ: Stultus & Læna, in immutabilitate.*

REGULÆ.

1. Comparata, vi comparationi sunt æque nota. *Ita Vir pius, & Arbor juxta decursum aquarum plantata, æque nota sunt, in quantum conferuntur in fructificando.*
2. Comparata non tantum veræ sed etiam ficta arguunt, hęc que faciunt. *Ita, Superbos humi*

D6

humiliandos & deprimendos, i-
lustrari poterit, non solum exem-
plo Diaboli à Cælo precipitati, sed
etiam ficto exemplo Icaro.

II. Comparatio alia dicitur
feri secundum Identitatem, alia se-
cundum Diversitatem.

III. Comparatio secundum
Identitatem instituitur, cum Ter-
mini comparati, in Tertio Com-
parationis dicuntur convenire, ut:
*Ventus & Fama in mobilitate. Ser-
pens & Diabolus, in vifritie.*

IV. Comparatio secundum
Diversitatem instituta, est cum
Termini comparati, in Tertio
Comparationis dissentiunt, ut:
*Sapientia & Luna, in mutabilitate;
Homerus & Esaias, in cognitione
Numini æterni.*

V. Est etiam Comparatio, ra-
tione dispositionis alia
Contracta.

VI. Plena, seu, Explicata
Extrema Comparationis,
distincta

distinctè in Tertio confert, con-
stans duobus Axiomatibus, quo-
rum prius Protasis, posterius A-
podosis dicitur.

VII. Protasis est pars antece-
dens Comparationis, plerumque
Argumentum, seu id quod ad rem
propositam arguendam assumitur,
continens, ut: *Quot sunt conche
in littore maris: tot adversis pre-
mitur Ovidius.*

VIII. Apodosis est pars con-
sequens Comparationis, plerum-
que Thema, seu rem argutam con-
tinens, ut: *Quos sunt sidera in
Cælo: tot bona Tullius precatur
Pompejo.*

IX. Comparatio Plena est vel
Continua, vel Disiuncta.

X. Continua, est quæ tribu-
Terminis, continuè coheret, ut
*Sicut Palma floret, ita & Iustus
gluma abripitur à vento, ita
in Impius.*

XI. Disiuncta est, quæ quatuor

Terminis, quorum duo in Protasi; duo verò in Apodosi sunt, distinctè explicatur, ut: *Sicut Nauclerus gubernat Navem, ita Magistratus Rempublicam. Ut fidelis Pastor pascit Oves; ita Christus Fideles.*

XII. Contracta Comparatio est, quæ Extrema breviter in Tertio confert, unico constans Axiomate, ut: *Homo est flos: Pius est palma virens: Galatea candidior cygno. Crensa par levisbus ventis.*

XIII. Comparata deniq; alia sunt in Quantitate, alia in Qualitate.

XIV. Comparata in Quantitate sunt, quæ ratione quantitatis inter se conferuntur. Id est, quæ res, inter se collatæ, tantæ seu pares; vel non tantæ, seu impares dicuntur.

XV. Comparata igitur in Quantitate alia sunt Paria, alia Imparia.

XVI. Paria, sunt Comparata quo

quorum quantitas est eadem. *Ita fames Davidis, à facie Saulis fugientis, & Discipulorum Christi, Sabbatho spicas vellentium par fuit.*

REGULA.

Paria non suscipiunt magis & minus, unde exacta est eorum convenientia. *Ita numerus quinaris, linea bipedalis; altero numero quinario, altera lineâ bipedali, non sunt magis vel minus tanta: sed exactè tanta.*

CAP. XXIII.

De Majoribus, & Minoribus.

XVII. Imparia sunt Argumenta Comparata, quorum quantitas est diversa, ut: *Deus plus curat Animam, quam Corpus: Deus minus curat Lilia agri, quam Corpus.*

REGULA.

Imparia, Majus & Minus, licet in Quantitate, in quâ conferuntur, non consentiant, non variantamen Speciem, & multò minus Genus. *Ita Calor intensus & remissus.*

fus: Fides languida & firma, licet differant graduum intensione, Specie tamen & genere conveniunt.

II. Imparia sunt vel Majora, vel Minora.

III. Majora sunt Imparia, quorum quantitas excedit, seu superat quantitatem Minoris ut: *Anima præstantior est corpore: Virtus excellentior est divitiis: Adulterium enormius peccatum est furto.*

R E G U L A.

I. Majus spargitur per pleraque Inventionis Loca. Itaque cujus Causæ, Effecta, Subjecta, Partes, Definitiones, &c. sunt præstantiora, illud ipsum censetur Majus, & præstantius. Ita, *Angeli Sancti, præstantiores sunt Hominibus: sunt enim spiritus invisibiles, immortales, summæ rationis perspicitate, voluntatis libertate, virium perfectione, & agilitate præditi, a Deo immediate conditi, & in Cælo supremo, Sancti.*

Sanctitatis Dei habitaculo, collocati. Sic etiam Homines ad imaginem Dei creati, multis modis excedunt perfectione, res omnes creatas inferiores.

2. Majus judicatur judicio sensus, vel rationis, vel fidei; item judicio vulgi, vel Sapientum. Ita *Elephantus major est Mure: Sol, Luna, ceterisque Planetis: Amor Dei erga Electos: quam Parentum in Filios: Divitiæ & opes (ex judicio vulgi) Sapientia; Sapientia tamen (judicio Sapientum) longè excellentior Divitiis.*

3. Majus excedit Minus, non semper quantitate extensivâ, verum aliquando, intensivâ. Sic *Gratia Dei, & donum justitiæ in Christo Jesu, quantitate intensivâ excedit peccatum Adami. Rom, 5.*

IV. Minora, sunt quorum quantitas exceditur à quantitate Majoris, ut: *Corpus minus præstans est, quam*

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

quā anima; Indumento praefere-
ndum est corpus: Alimento vita An-
ro virtus.

REGULAE.

- 1. Ut Majus ita etiam Minus, va-
gatur per omnes ferè Inventio-
nis Locos.
- 2. Minus exceditur quantitate,
non semper extensivā, sed in-
terdum etiam intensivā. Exem-
pla regula Majorum illustrantia,
invertantur, & regulis minorum
commode applicari poterunt.

CAP. XXIV.

De Similibus & Dissimilibus.

Fuerunt comparata in quanti-
tate; Comparata in Quali-
tate sunt, quae in qualitate confe-
runtur. ut: Pius crescit, sicut Ce-
drus Libani: Homo evanescit, ve-
lutiflos: Aliter curat Christus oves,
ac Mercenarius.

II. Comparata in Qualitate a-
lia sunt Similia, alia Dissimilia.

III. Similia sunt Comparata in Qua-

Qualitate, quorum eadem est qua-
litas. Ita Similia sunt Herodes &
Vulpes: Pius & Cedrus: Prudens
Nauclerus & Princeps.

REGULAE.

1. Similium, similis est ratio. Ve-
luti si tranquillitas mentis, est si-
milis serenitati aeris, & illa qui-
es est, etiam serenitas aeris, qui-
es erit.

2. Omne Simile, est etiam dissi-
mile. Ita, nonnulli unionem hy-
postaticam, duarum naturarum
in Christo, comparant cum unio-
ne animae & corporis: inter qua
licet sit aliqua similitudo, tamen
maxima etiam intercedit dissi-
militudo.

Similitudo debet esse perspi-
cua, jucunda, congruens rei
propositae & inter res ejusdem
Generis, non verò nimium dis-
sitas. Istiusmodi Similitudinibus
referta est Scriptura, uti videre
est, Psal. 1. 3. & 92. 13. Esai. 53. 7.
Petrus 2. 2. & 3. 1. & 4. 1. & 5. 1. & 6. 1. & 7. 1. & 8. 1. & 9. 1. & 10. 1. & 11. 1. & 12. 1. & 13. 1. & 14. 1. & 15. 1. & 16. 1. & 17. 1. & 18. 1. & 19. 1. & 20. 1. & 21. 1. & 22. 1. & 23. 1. & 24. 1. & 25. 1. & 26. 1. & 27. 1. & 28. 1. & 29. 1. & 30. 1. & 31. 1. & 32. 1. & 33. 1. & 34. 1. & 35. 1. & 36. 1. & 37. 1. & 38. 1. & 39. 1. & 40. 1. & 41. 1. & 42. 1. & 43. 1. & 44. 1. & 45. 1. & 46. 1. & 47. 1. & 48. 1. & 49. 1. & 50. 1. & 51. 1. & 52. 1. & 53. 1. & 54. 1. & 55. 1. & 56. 1. & 57. 1. & 58. 1. & 59. 1. & 60. 1. & 61. 1. & 62. 1. & 63. 1. & 64. 1. & 65. 1. & 66. 1. & 67. 1. & 68. 1. & 69. 1. & 70. 1. & 71. 1. & 72. 1. & 73. 1. & 74. 1. & 75. 1. & 76. 1. & 77. 1. & 78. 1. & 79. 1. & 80. 1. & 81. 1. & 82. 1. & 83. 1. & 84. 1. & 85. 1. & 86. 1. & 87. 1. & 88. 1. & 89. 1. & 90. 1. & 91. 1. & 92. 1. & 93. 1. & 94. 1. & 95. 1. & 96. 1. & 97. 1. & 98. 1. & 99. 1. & 100. 1.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

Impius et similis.
Matth. 23 27. 1. Pet. 1. 6.
Talis etiam est illa Poeta. Tri
Scilicet ut fulvum spectatur in
gnibus aurum: Tempore sic dicitur
est inspicenda fides.

4. Similitudo non tollit conditio
nem rei similis Ita, nulla sit
gnominia Christo, cum cadaver
collato; illa siquidem collatio, non
tollit conditionem Christi.

IV. Dissimilia sunt Comparata
in Qualitate, quorum qualitas est
diversa. Ita Dissimilia sunt Sapi-
ens & Luna. Reges gentium & A-
postoli: Christus & Mercenarius:
Pius & Impius.

REGULÆ.

I. Dissimilium, dissimilis est ra-
tio: quod igitur uni Dissimili-
um, quoad dissimile est, conve-
nit, non convenit alteri, ut
Pastori bono, non convenit desere-
re oves: quemadmodum Merce-
nario convenit. Vita Piorum fo-
elix est: Impiorum infelix.

2. Quæ

Quæ proportionata non sunt,
is proportionalia non conve-
niunt. Ita Deus & Architectus
proportionati non sunt: ergo non
quemadmodum Architectus mer-
cedæ conductus, domo constructâ
discedit; ita etiam Deus à Munde.

CAP. XXV.
De Conjugatis.

¶ **E**gimus de Argumentis Pri-
mis; sequuntur Orta, quæ
sunt Argumenta Artificialia, ex
primis derivata, & eandem in-
tentionem vim, cum illis obtinent:
Conjugata, Notatio, Distribu-
tio & Definitio.

Argumenta Orta sunt du-
a. Nominalia vel Realia.

II. Nominalia sunt, in quibus
sunt voces, Argumenta constitu-
ta, & quæ ex uno tantum origi-
ne dicunt, ut: Conjugata & No-

III. Conjugata, sunt Orta No-
minalia, cognatæ significationis,
ut: Ju-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

ut: *Justitia* prae dicitur, *Justus* est, *Juste* agit: *Qui* libertate gaudet, *liberi* sunt: *Homines*. *Humanitas* insignes, alios excipiunt *Humanitas*. In his *Justitia*, *Justus*, *Juste*: *Libertatis*, *Libertas*: *Humanitas*, *Humanitas*, *Humanitas*, *Conjugata* sunt.

REGULA.

Conjugata, sunt symbolum Argumentorum Consentaneorum oriunturque semper ex Consentaneis solis.

V. Conjugata sunt duplicia, alia Abstracta, alia Concreta.

VI. Abstracta sunt, quae habent modum significandi simplicem, adeoque notant potentiam, formam, adjunctum & actum, ut: *Intelligentia*, *Intellectus*, *Intellectio*.

REGULA.

2. Abstracta sunt natura priora Concretis: sunt enim simpliciora Concretis: sunt forma Concretorum: sunt id, per quod Concreta sunt. Ita *Justitia* & priora

simplicior est *Justo*; estque forma *Justi*, per quam *Justus* est id, quod est.

Abstracta sunt Conjugationis fons & principium. Sic, *Justus* & *Juste* fons est *Justitia*: *Humanitas* & *Humanitas*, principium est *Humanitas*.

Abstracti quatenus est tale, non datur Abstractum, ut: *Justitiae* & *Humanitatis*, nulla sunt Abstracta.

VII. Concreta sunt, quae habent modum significandi compositum; adeoque notant rem, cui convergentia, forma, adjunctum, etus ut: *Justus*, *Albus*, *Sensitivum*, *Sentiens*, *Humanus*, *Candidus*.

REGULA.

Non solum *Adjectiva*; verum etiam *Substantiva* nonnulla, quae scilicet habent modum significandi compositum, sunt Concreta, ut: *Homo*, *Animal*, *Corpus*.

CAP.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

De Notatione.

DOctrinam Conjugatorum sequitur, Notatio, quæ est Ortum Nominale Argumentum, nomina rebus imposita, ex suâ origine explicans, ut: *Eva* appellatur *Virago*, quia ex viro desumpta est: *Focus* nomen accepit, à fovendo: *Mellona*, à melle tutando: *Flora*, à floribus curandis: *Bambalio*, à balbutie: *Lucus*, à minimè lucendo. *Pyropus*, ab imitatione flammæ.

REGVLA.

- 1. Notatio, ex omnibus Argumentis Primis, sumi potest, ad quæ; etiam, ceu fontes primigenios revocari debet. (1) Ex Causâ Effic; ut: *Senatusconsultum* est, quod *Senatus* constituit. (2) Ex Materia; ut, *Homo* ex humo desumptus est. (3) Ex Formâ: ut, *Αὐτὸς ὄρα*, quasi ὄρα τοῦ ὄρα, sursum videns. (4) Effectis: ut, *At focus à flammis*, quod

quod fovet omnia, dicitur. (5) Ex Subj. Occup. *Pomonâ* Dea nomen accepit à pomis tutandis. *Avarus* est *avidus aris* (6) Ex Adjunct: ut. *Mulier* dicta à molli-tie. (7) Ex Dissent. ut: *Lucus* est, minimè lucens. *Ludus*, à ludo longè remotus. (Ex Comparat. ut: *Pyropus*, ignis flammam imitans: *Buglossa* herba, appellatur hoc nomine, quia linguam bovis refert.

2. Notatio debet esse vicina nomi-ni, quod tanquam suum corre-latum respicit, ut: *Homo* insigni-tur hoc nomine propterea, quod ex humo sit desumptus. Hic, *Homo* & *Humus* sunt nomina vi-cina.

3. Notatio, quantum fieri potest, congruere debet cum Profodiâ & scriptione nominis, ut: *Mel-lona*, *Mel*: *Flora*, *Flos*: *Lucus*, *Lucere*.

4. Unius nominis, possunt esse di-versæ

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

versæ Notationes, pro di-
nimirum applicatione, ut: *h*
ihum nonnullis dicitur, quasi m
nimè latum, notatione ex Contr
dicentibus sumitā; nonnullis à Le
quod mors omnia deleat. nonnu
lis verò à λύθη, quod oblivio
nem Latinis significat.

5. Non omnia nomina, admittunt
Notationem; verum orta tan
tum, & illa, quæ certo consilio
fuerunt rebus imposita. Ita Hu
mus, Canis, Piscis, &c. Notatio
nem non admittunt.

CAP. XXVII.
De Toto & Parte.

I. **F**uerunt Orta Nominalia;
Realia sunt, in quibus vis ar-
guendi consistit in rebus, quæq;
ex pluribus Primis oriuntur. ut:
Distributio & Definitio. *sed sunt*

II. Distributio est Argumentum
Ortum Reale, Totum in Partes
resolvens. *quæ sunt relecta in*
una eandem definitione

RE

REGULÆ

1. Partes Distribuentes consen-
tiant cum Distributo; ab invi-
cem verò dissentiant. Ita Homo
& Bestia consentiunt cum Ani-
mali, sed inter se dissentiunt.

2. Singulæ Partes distribuentes,
minus habent, quam Totum di-
stributum. Sic Homo quatenus
pars est Animalis, minus habet,
quam Animal.

3. Distributio perfecta, debet esse
adæquata Toti Distributo non
eo latior, neque angustior. Ita
Distributio Logica in Inventio-
nem & Dispositionem; Rhetorica
in Elocutionem & Actionem, est
adæquata. Distributio verò Logi-
ca in Communem & Propriam; ut
& Rhetorica in Tropologiam &
Schematologiam, est inadæquata.

4. Distributio non debet fieri in
Partes negativas; verum positi-
vas, immediatas, intrinsecas,
essentiales, & ex eodem Genere
sum

E 2

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

sumtas. Itamale dividitur Cor-
pus in Hominem, Bestiam & Ar-
borem: hac enim divisio saltum
facit. Male etiam Corpus in Phy-
sicum & Metaphysicum: nam di-
videre oportet per ea, quae essentia-
lia sunt, non autem per acciden-
talia. Male deniq; Genus dicen-
di Breve, Longum, Medium &
Floridum. Econtra bene distri-
buitur Corpus vivum in Plantam
& Animal. Animal in Hominem
& Bestiam.

5. Distributio si subjectae rei natu-
ra patiatur, debet esse bitem-
bris. Talis est Distributio Logica
in Inventionem & Dispositionem.

6. Distributio debet contine-
re verba perspicuis, & rem ipsam, ut
in se est declarantibus. Ita distri-
buitio Hominum in Oves & He-
dos, accurata non est; instituitur
enim per verba impropria.

III. Distributio dicebatur To-
tus in Partes resolutio. Hic igitur

tur videndum quid sit. Totum &
Pars.

IV. Totum est, quod continet
Partes; ut: Homo continens corpus
humanum, & animam rationalem:
Logica Inventionem & Dispositio-
nem: Rhetorica Elocutionem, &
Actionem.

REGVLÆ.

1. Omne Totum est majus, quâli-
bet suâ Parte. Ita corpus huma-
num, majus est Capite; majus et-
iam Trunco. Orbis terra major
est Europâ vel Americâ.
2. Omne Totum, est aliquo modo
multum & non unum; ratione
illarum Partium, quas includit,
& ex quibus componitur. Ita
Domus constans ex fundamento,
parietibus, tecto, &c. est multum
quid ratione partium enumerata-
rum.
3. Nullum Totum constat, unicâ
solâ Parte. Ita Planta, non tan-
tum ex Radice solâ, neq; ex Trun-
co so-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

- co solo; verum etiam Ramis, Cor-
rice, Fibræ, Surculis, &c. constat.
4. Totum cum suis Partibus esse
jussdem Prædicamenti. Sic Ho-
mo, Corpus humanum, & Anima
rationalis, sunt in Prædicamento
Substantiæ.
5. Propter illam etiam affinitatem,
quæ inter Totum & Partes in-
tercedit, fit ut omne Totum
prædicetur de suâ Parte, vel in
casu recto, ut Totum Universa-
le, de suis Speciebus: vel in ca-
su obliquo, ut fit in Toto Essen-
tiali & Integrati. Ita de Homine,
bene enuntiatur Animal: de Py-
ro, Arbor: de Arbore, Planta.
Bene etiam Pes humanus dicitur,
pars corporis humani; & Anima
rationalis pars hominis.
6. Totum & Partes simul sumtæ,
& congruenter unitæ, non dif-
ferunt realiter à Toto. Ita Homo,
Corpus Humanum, & Anima ra-
tionalis, realiter non differunt, sed
ratione tantum.

V. Pars est, quæ continetur à
Toto, ut: Inventio & Dispositio à
Logicâ: Elocutio & Actio à Rhe-
toricâ.

R E G U L Æ.

1. Pars quælibet minor est Toto;
neque poterit prædicari de eo.
Ita Homo minus dicit, quàm A-
nimal: Anima rationalis quàm
Homo: Caput humanum, quàm
Corpus humanum. Inepie etiam
quis dixerit, Animal esse homi-
nem, & hunc Animam rationa-
lem, vel Caput.
2. Pars quælibet, respectu sui To-
tius, est quid incompletum. I-
ta Corpus humanum, & Anima
rationalis, sunt Entia incomple-
ta: Homo vero ex illis constans, Ens
completum.

C A P. XXVIII.

De nigro & Membro.

Distributio alia est Primaria,
alia est Secundaria.

1. Primaria est, quæ oritur ex
Argu

E 4

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

Argumentis absolute Consensatis,
is, ut: *Causis & Causatis.*

III. Distributio ex Causis est,
cum Causae sunt Partes Totius.
Hoc est: Cum Totum, quod di-
viditur, est Causatum; Partes ve-
ro dividentes, sunt Causae, ut:
*Verbum Dei scripserunt Prophetae,
Apostoli, Evangelista.* Hic Verbum
Dei Totum Causatum est: Pro-
phetae, Apostoli, & Evangelistae
Partes, Causae. *Statua à Nabugad-
nezare visa, Caput erat aureum:
Pectus & brachia argentea: Venter
& femora, aerea. Tibia ferrea:
Pedes partim ferrei, partim fictiles.*

IV. In Distributione ex Causis,
excellit Distributio Integri in
Membra.

V. Distributio Integri in sua
Membra est, cum Totum, quod
distribuitur, est Integrum; Partes
verò distribuentes, sunt Membra.
*Ita Corpus humanum est Integrum,
Caput.*

Caput, Truncus & Artus, Membra sunt.

VI. Integrum est Totum cui
Partes sunt essentielles. Hoc est:
quod omnem suam essentiam, à
Membris accipit, & ab illis simul
junctis integratur. *Ita Planta à Ra-
dice, Trunco, Ramis, Cortice, Ligno
& Medullâ, simul junctis integratur:
Oratio ab Exordio, Narratione, Pro-
positione, Confirmatione, Confutatio-
ne & Epilogo: Mundus à Caelo &
Terrâ.*

VII. Integrum dividitur i. in
Ordinarium & Extraordinarium.

VIII. Ordinarium est, quod
constat ex Partibus ordinariis, na-
turaliter unitis, ut: *Homine, cujus
Partes ordinariae sunt Corpus
humanum & Anima rationalis.*

IX. Extraordinarium est quod
constat ex Partibus extraordinari-
is, supernaturaliter unitis, ut:
*Christi Mediatoris persona, quae ex
duabus naturis, divinâ & humanâ,
quasi Partibus, constat.*

E s

X.

X. 2. Integrum est vel Similare, vel Dissimilare.

XI. Similare est, quod est ejusdem essentiae, & nominis cum Partibus ut: *Aqua, Vinum, Oleum, Sanguis.*

XII. Dissimilare est, quod diversae essentiae, & nominis est à Partibus, ut: *Arbor, Herba, Homo, Bestia.*

XIII. Membrum, est Pars Integrum constituens, ut: *Caput, Truncus, Artus, quae humanum corpus integrant.*

XIV. 1. Membrum aliud est Ordinarium, aliud extraordinarium.

XV. Ordinarium, quod Integrum ordinarium constituit, ut: *Radix, Caudex, Rami, Cortex, Lignum, Medulla, Fibra, Arborem.*

XVI. Extraordinarium, quod Integrum extraordinarium constituit, ut: *Due natura, Personam Mediatoris Christi.*

XVII. 2. Membrum aliud est Simi-

Similare, aliud est Dissimilare.

XVIII. Similare est, quod ejusdem nominis, & essentiae est cum Integro, ut: *Singula Aquagutta, dicuntur aqua: & qualibet Auri portio, aurum dicitur.*

XIX. Dissimilare est, quod est diversi nominis & essentiae à Toto, ut: *Caput, manus, Pedes, Cartilago, Caro & ossa in animali.*

XX. 3. Membrum aliud est Principale, aliud Minusprincipale.

XXI. Principale est, sine quo Totum planè esse nequit, Ita Principes partes humani corporis, à Medicis constituuntur *Cerebrum, Cor & Hepar.*

XXII. Minusprincipale est, quod abesse potest, sine Totius interitu, ut: *Digitus, Unguis, Cornua, Pili.*

REGULAE
Integri & Membrum.

1. Cum Integrum suam essentiam accipiat à Membris: & Membrum

E6

den

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

dent essentiam Integro, hinc Totum Integrale & Essentiale, erit constitutum; Membra constituentia, mensurantia, & quantitativè determinantia Totum. Sic Homo essentiam suam accipit à corpore humano, & animâ rationali; estq; constitutum quid: corpus humanum & anima rationalis dant essentiam, suntq; constituentia. Ita etiam Corpus humanum suam essentiam ab ipsis membris habet, quæ illud constituunt, & determinant.

2. Hinc, collectis omnibus Membris, Integrum esse necesse est. Sic si Inventio & Dispositio simul sumantur, & debite colligantur, necesse erit Logicam dari.

3. Totum Integrale, & Essentiale posterius est Partibus Integran-
tibus, & Essentialibus principalibus. Partes prioræ naturâ, & cognitione accuratâ. Sic homo posterior est corpore humano, & ani-

& animâ rationali: Corpus vero humanum & anima rationalis sunt priora & naturâ, utpote Totum constituentia; & cognitione, quatenus à cognitione harum exactâ devenitur ad cognitionem hominis accuratam.

4. Hinc. Membrum est propter Integrum, non Integrum propter Membrum. Ita Inventio & Dispositio sunt propter Logicam; non Logica propter Inventionem & Dispositionem.

5. Quod convenit Membro, materialiter, & in actu exercito considerato, id etiam tribuitur Integro. Sic Sanctitas, Doctrina, Virtus, & Virtus tribuntur Animæ, & etiam Homini, secundum illam partem.

6. Licet verò id, quod convenit Membro, quâ tali tribuatur etiam Toti; non tamen quicquid Totius Essentialis & Integralis est, etiam Partis est. Ita totus

*Homo intelligit, vult, ridet; Ven-
ter tamen, caput & pedes, non in-
telligunt, volunt, rident*

7. Nullum Integrum Dissimilare,
potest affirmate, proprie, & in
casu recto, enunciari de Mem-
bro; nec unum Membrum de
Toto Integro. Ita non potest
dici: *Homo est anima rationalis,
vel corpus humanum: Anima ra-
tionalis est Homo: Digitus est
manus: Manus est digitus.*

8. Quamvis autem, eo quod dictum
est modo, Integrum non possit
enunciari de Membro, neque u-
num Membrum de Toto Inte-
gro: Membra tamen omnia si-
mul sumta & congruenter uni-
ta possunt prædicari de Inte-
gro; & Integrum de Membris
simul sumtis, & congruenter u-
nitis, ut: *Corpus humanum & a-
nima rationalis, simul sumta, &
debite unita, sunt Homo. Et Ho-
mo est corpus humanum, & ani-*
mā-

*ma rationalis, simul sumta &
congruenter unita.*

9. Integrum Similare, potest enun-
ciari in casu recto de Membro
homogeneo seu Similari, ut:
*Quelibet aqua gutta, est aqua.
Quelibet particula auri, est au-
rum: Cuncta sanguinis portio,
est sanguis.*

CAP. XXIX.

De Genere & Specie.

I. **E**gimus de Distributione ex
Causis, Distributio ex Cau-
satis est, cum Partes sunt Causata
Totius. Hoc est: cum Totum,
quod distribuitur est Causa, Partes
verò distribuentes sunt Causata, ut:
*Hominum alius arat, alius bellum,
gerit, alius merces tractat. Geometra
aut circulum in plano format, aut
triangulum, aut quadrangulum.*

II. In Distributione ex Causa-
tis, excellit Distributio Generis
in Species.

III. Distributio Generis in Spe-
cies,

cies, est cum Totum, quod distribuitur, Genus est, Partes verò distribuentes sunt Species ut: *Planta est vel Herba, vel Arbor: Animal est vel Homo, vel Bestia*, Hic *Planta & Animal* sunt Tota Generica: *Herba, Arbor: Homo & Bestia*, Partes specificæ distribuentes.

IV. Genus est Totum Partibus essentiale. Hoc est, quod omnem suam essentiam, & naturam subjectis Speciebus communicat. *Ita Animal Genus est Homini & Bestia quibus essentiam suam, substantiam scilicet corpoream, & facultatem vite, & sensus communicat. Ita etiam Corpus vivum Genus est, quod suam naturam Planta & Animalis communicat.*

R E G U L A.

1. Omne Genus tribuitur pluribus, ut: *Substantia Spiritus & Corpori: Planta Herba & Arbori: Arbor: Pyro: Pomo, Ficus, &c.*
2. Genus est prius Speciebus, pri-

orita-

oritate naturæ, & cognitionis, non dignitatis. *Ita Substantia est prior & Spiritu & Corpore: Animal & Homine & Bestia.*

3. Genus est inseparabile à suis Speciebus: nec est verum Genus, sine quo Species alicubi, aut in aliquo esse potest. *Sic Planta est tantum in Herba & Arbore, Animal in Homine & Bestia.*
4. Quicquid tribuitur Generi, materialiter, & in actu exercito, considerato; id etiam tribuitur Speciebus. *Ita Animali tribuitur Vita, Sensus & Motus, quæ omnia, Speciebus etiam subjectis, Homini videlicet & Bestie, tribuuntur.*
5. Omne Genus prædicatur in quid, de suâ Specie, non tamen conversim. *Ita, si queratur, quid sit homo? Respondetur in casu recto: Animal rationale. Verum si queratur, quid sit Animal? Dicit non poterit, illud esse hominem.*

6. Ge-

" Régi nyomtatványok, Lócse, evang. :"
/314.ig.j./

6. Genus non est latius omnibus Speciebus junctim sumptis; ideoq; potest reciprocari cum illis, Ita, Animal non patet latius, quam Homo & Brutum, simul sumpta; potestq; reciprocari cum illis, ut: Omne Animal est vel Homo, vel Brutum Et: Quicquid, Homo, vel Brutum est, Animal est

V. Genus variis modis distinguitur. Est igitur. 1. Aliud Generalissimum, aliud Subalternum.

VI. Generalissimum est, quod supra se, nullum habet Genus. Sic Ens, Genus generalissimum est: enunciatum siquidem de omnibus rebus; de ipsa vero, nihil per modum Generis, enunciaripotest.

VII. Subalternum est, quod respectu Inferiorum Genus est; respectu vero Superiorum Species. Ita, Animal respectu Hominis & Bestia Genus est; respectu vero Corporis vivi, Species.

VIII. 2. Genus aliud est Remotum, aliud Proximum, IX.

IX. Remotum est, inter quod & Speciem, Genus proximum interjicitur. Ita, Genus remotum Cedri, est Planta: quia inter Cedrum, tanquam Speciem: & Plantam, tanquam Genus remotum, interjicitur Arbor. *Ilabius remota*

X. Proximum est, quæ proxime & immediatè Speciei adjacet, ut: Animal Homini: Planta Arbori Arbor-Pyro, Pruno, Persico &c.

XI. 3. Genus etiam aliud est Univocum, aliud Analogum.

XII. Univocum est, quod essentiam suam, & nomen, æquè primò communicat suis Speciebus. Tale Genus est Animal in ordine ad Hominem & Bestiam; Frutex in ordine, ad Vitam & Salviam.

XIII. Analogum est, quod totam quidem essentiam, & nomen communicat suis Speciebus, sed alteri prius, alteri posterius, & dependentè ab aliâ. Ita Ens est Genus analogum, ad Substantiam & Accidens.

" Régi nyomtatványok, Lócse, evang.:"
/314.ig.j./

cidens, nam primò se communicat Substantia, secundario autem Ascidenti.

XIV. Actum de Genere Species est Pars Generi subjecta, totam ejus essentiam participans. Ita, Fides, Spes, Charitas, Justitia, sunt species, qua naturam generis, videlicet Virtutis participant. Angelus & Anima rationalis, sunt species Spiritus creati, ejus essentiam participant.

REGVLÆ.

1. Quæcunque attribuuntur Speciebus, si sint attributa communia eadem etiam attribuuntur Generi, ut: Justitia est laudabilis: Igitur & Virtus: Homo sentit, movetur & vivit: Ergo etiam Animal: Arbor alescit & viget; Ergo etiam Planta.

2. Species quatenus participat naturam Generis, est eo posterior naturâ, & cognitione distinctâ. Ita, Bestia, Animalis naturam partici-

participans, posterior est animali naturâ: Animal enim est constituens; Bestia constitutum quid: posterior etiam cognitione distinctâ, nisi enim quis distincte cognoscatur Animal, Bestiam distincte cognoscere non poterit.

3. Species oritur ex Generis determinatione, adeoque totum Genus in se absorbet, ut quicquid habet Genus, ipsa quoque obtineat. Ita Species (Homo) ex determinatione generis (animalis) oritur; & quicquid est essenziale in genere, (animali, ut: Substantia corporea, facultas vitæ, sensus & motus) id totum est in Specie, puta Homine.

XV. Species alia est Univoca, alia Analoga.

XVI. Univoca est, quæ Generi Univoco subjicitur, ut: Homo & Bestia, Animalis: Herba & Arbor, Planta: Spiritus & Corpus, Substantia.

RE-

REGVLA.

Species Univocæ, ut sunt natura simul; ita etiam una, independentè ab alterâ participat naturam Generis, Sic quia Homo & Bestia sunt simul natura, id est Homo independentè à Bestiâ, participat naturam Animalis & Bestia independentè ab Homine, communicat eandem

XVII. Species Analogæ est, quæ Geni Analogæ subordinatur, ut: Substantia & Accidens; Enti: Amicitia utilis, & jucunda, Amicitie honestæ.

REGVLA.

Specierum Analogarum una, principalior est alterâ; & principalis est naturâ, & cognitione prior minus principali, utpote, quæ tota à principali pendet, & ejus beneficio est id, quod est. Ita Substantia principaliter Species est Entis, quam Accidens; naturâq; & cognitione distincti prior Accidente, quod
totum

totum à Substantia pendet.

XVIII. Species etiam alia est Subalterna alia Specialissima.

XIX. Subalterna est, quæ ita est Species, ut interdum sit Genus: Species ratione Superioris, Genus ratione Inferioris. Ita, Arbor est species Plantæ; genus verò Cedri, Palme, Quercus, &c.

XX. Specialissima est, quæ in alias Species est individua, ut: Petrus, Paulus, Bucephalus, Lyciscus.

REGVLA.

Infrâ Speciem infimam, seu Specialissimam, nihil est, de quo ipsa prædicetur essentialitèr. Ita Socrates, Plato Aristoteles, de nullo inferiori possunt prædicari essentialitèr

CAP. XXX.

De Distributione ex Subjectis, & adjectivis

I. **A**cum de Distributione Primariâ; Secundaria est, quæ ex Argumenti modo quodam Consentaneis, ut Subjectis & Adjectivis oritur.

II.

II. Distributio ex Subjectis est, cum Partes Distribuentes sunt Subjecta; Totum verò distributum est Adjunctum. Ita, Bonum dividitur, tanquam Adjunctum, in bonum Animi, Corporis & Fortune, tanquam, in Partes Subjectas. Ita, Homines ceu Adjuncta distribuuntur in Subjecta, quòd alii sint Urbani, alii Pagani, alii verò Villani.

III. Distributio ex Adjunctis est, cum Partes distribuentes sunt Adjuncta; Totum verò distributum est Subjectum. Ita Homines ceu Subjecta, dividuntur in Adjuncta, quòd alii sunt docti, alii indocti: alii fideles, alii infideles. Sic etiam Pharmacum distribuuntur in salutarem, & noxium: Terra in Zonas temperatas, frigidas, & torridas.

CAP. XXXI.
De Definitione.

I. Hætenus fuit Distributio; sequitur Definitio, quæ est Argumentum Ortum Reale, expli-

ca.

cans rem, quid sit, ut. Homo est Animal rationale: Animal, est corpus vivum, sensu, & motu præditum. Logica est Ars bene disserendi.

II. Definitio explicat rem, quadruplici viâ. *Divisionis*
1. Viâ Definitionis. 2. Viâ Compositionis. 3. Viâ Notationis. 4. Viâ Contrarii, de quibus conlulatur Logica plenior.

REGULÆ.

Definitum non debet ingredi Definitionem. Vitiola est igitur Definitio. Litera, est minima pars vocis, è literis composita. Es Mistio, est miscibilium alteratarum unio.

Omnis Definitio, constat pluribus Partibus, Partes illæ sunt Genus & Differentia, vel quod loco illorum ponitur. Ita, hæc Definitio: Planta est corpus vivum, solâ animâ vegetativa præditum suo Genere & Differentiâ, tanquam Partibus, constat.

F

3. In

3. In Definitione, debet assumi Genus proximum, ut: *Anima rationalis, est spiritus, corpori humano associatus: Angelus, est spiritus, a corpore liber.*

4. Definitio debet esse clara; non obscura, & per verba inusitata instituta. Finis enim Definitionis qui est illustrare, & cognitam dare Definiti naturam, id requirit. Ita Definitio Naturæ Aristotelica, impingit in hanc regulam, quæ sic sonat: *Natura est principium, & causa motus & quietis eius in quo inest primo, & per se, & non secundum accidens.* Magis. Physiolog. Cap. 1. p. 12 videatur, & alii eius Interpretes. Non absimilis, est huic Definitio Motus, quæ sic habet: *Motus est ἐντελέχεια sive actus eius, quod potestate est, quæ tale est.*

5. Definitio non debet esse prorsus negata: Debet enim explicare Definiti naturam; at negata Axiomata, eo quod indicent tantum quid res non sit, eam exactè explicare nequeunt, ut: *Homo, non est Brutum: Lapis non est Arbor: Arbor non est Metallum.*

6. In Definitionibus rerum, non debent mitteri notiones Logicæ; neque syncategoremata, nisi fortè expleant Differentiam Definitionis; aut Genus proximum sit innominatum; tunc enim remotum, annexâ voce syncategorematicâ exprimitur, ut: *Legatum est donatio quædam, à defuncto relicta, ab herede præstanda.* At malè: *Oeconomica est species Philosophiæ moralis, de familia & cohabitantiis in eâ, constitutione tractans.*

Definitio est intelligenda ut ab omni Nunc & Hic absoluta: ut Definito, non uno in loco tantum; neque hoc tempore tantum, sed omnibus in locis,

F

& rem.

& temporibus conveniat, ut
*Homo est animal rationale. Plan-
 ta est Corpus vivum solâ anima
 vegetativâ präditum*

8. Verba, in Definitionibus, ple-
 rumq; non actum, sed poten-
 tiam significant, ut: *Genus est
 quod de pluribus prædicatur in
 quid Disparata, sunt Opposita
 quorum unum, multis pariter op-
 ponitur. Pro, prædicari, & op-
 poni potest.*

III. Definitio alia est Perfecta
 alia Imperfecta.

IV. Perfecta, est quæ rem expli-
 cat, ex solis Causis, ejus essentiam
 constituentibus, ut: *Homo est an-
 mal mente præditum: Animal, e-
 Corpus vivum, motu & sensu in-
 structum.*

REGULÆ

1. Definitio Perfecta est Speciei
 quæ alicui Generi est subiecta
 ut: *Arbor est Planta, e radice
 per caudicem simplicem, ramos
 & sur-*

& surculosa, altius assurgens:
 2. Definitio Perfecta, debet esse ad-
 æquata suo Definito, ut: *Logi-
 ca est ars bene differendi. Physica,
 est rerum naturalium Scientia.*

3. Definitio Perfecta sit affirmata;
 constetq; ex simpliciter priori-
 bus & notioribus, ut: *Substan-
 tia, est Ens, per se existens.*

4. Definitio Perfecta, & essentia-
 lis, non debet esse copulata, aut
 disjuncta. Hoc vitio, laborat,
 illa Aristotelis: *Natura est prin-
 cipium & causa motus & quietis
 ejus, in quo inest primo, per se, &
 non secundum accidens.*

5. Unius rei, una tantum est De-
 finitio essentialis, non plures.
 Ita, *Hominis una est Definitio es-
 sentialis, quod dicatur, Animal
 rationale.*

6. Definitio Perfecta est: 1. Sub-
 stantia creata. 2. Quantitatis. 3.
 Qualitatis. 4. Actionis. 5. Pas-
 sionis. 6. Relationis, quæ quo mo-
 do sunt

do sint definienda, consulatur Logica plenior.

V. Definitio Imperfecta, est Definiti per terminos minus essentialis explicatio, ut. *Homo, est Animal rationale, disciplina capax: Somnus, est gelida mortis imago: Virtus, est vitium fugere.*

VI. Est autem vel Arbitraria, vel Necessaria.

VII. Arbitraria, est quæ pendet à voluntate artificis, ut. *Homo, est Animal politicum: Magistratus, est lex loquens.*

VIII. Necessaria est, quæ adhibetur, ob Definiti perfectionem, vel imperfectionem. Estq; 1. *DEI.* 2. *Individui.* 3. *Generis generalissimi.* 4. *Partis.* 5. *Entis collectivi.* 6. *Entis concreti.* 7. *Imaginis.* 8. *Figmenti eruditi.* 9. *Privationis destructive.* Videatur hanc in rem Logica major.

CA-

CAP. XXXII.
De Testimonio.

I. **H**Astenus de Argumento Artificiali, sequitur Inartificiale, quod uno nomine Testimonium dicitur.

II. Testimonium, est quod assumptâ, Artificialis alicujus Argumenti vi. Thema notificat, ut. *Paulus Apostolus docet hominem solâ fide justificari: Lex natura, cuique suam defensionem permittit.*

REGVLÆ.

1. *Quantus, & qualis est testis, tantum & tale est ejus Testimonium. Isa, Magnus & Corax est Deus: magnum igitur & verum ejus testimonium.*
2. *Omne Testimonium, argumentis scientificis suffulcum, firmum est; & tantam vim probandi habet, quantam ex argumentis demonstrativis adfert. Vis illa arguendi in Testimonio, licet consistat in multis Argumentis.*

F 4

men-

mentis; attamen in *Adjunctis* & *Effectis* testantis, potissimum cernitur, ut: *Plato dixit tūm de mūm beatas fore Respubl. cūm Homines eam sapientes regerent, aut qui regerent, omne studium in sapientia ponerent.* Hoc Testimonium arguit vi Argumentorum Artificialium, ex *Causis, Adjunctis* & *Effectis* desumptorum.

3. *Authoritas*, quæ veris & certis rationibus, ac demonstrationibus non fulcitur, nulla est. *Ita, Aristotelis statuentis Mundum esse æternum, testimonium nullius est ponderis.*

III. Testimonium aliud est *Divinum*, aliud *Humanum*.

IV. Testimonium *Divinum* est, quod à *Divino* testante proficiscitur. Estq; vel *Mediatum*, vel *Immediatum*.

V. *Immediatum* est, quo *DEUS* voluntatem suam, hominibus sine me-

nè medio, & creaturarum interventu, modo aliquo singulari patefecit. Tale Testimonium est illud, *Matth. 3. 17. & 17. 5. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, ipsum audite.* Talia etiam sunt Testimonia, quæ *DEUS* per apparitiones, somnia & visiones patefecit, hominibus.

VI. *Mediatum* est, quod *DEUS* per media, sive creaturas patefecit hominibus. Hujusmodi media sunt, *Verbum Dei scriptum, Prophetæ, Apostoli, Evangelistæ, Angeli boni, Oracula, Miracula, Meteora inusitata, Pœnæ*, ut: *Diluvium, Excidium Sodomæorum; aliq; signa, quæ divina vel beneficentiæ, vel iræ testimonia certa sunt.*

REGULÆ

I. Testimonio *Divino*, inter omnes *Christianos*, creditur propter ipsum *Deum*, ejusq; autoritatem, non propter homines, per quos prolatum est. Insigne

ES

exem-

exemplum habemus hujus rei, apud Joh. 4. 41. 42. ubi inquit: Samaritanam multi crediderunt in Christum, propter sermonem mulieris, dixeruntque ipsi: Non amplius propter sermonem tuum credimus. Ipsi enim audivimus, & scimus, hunc esse verè, Servatorem illum mundi, Christum.

2. Quod per bonam Consequentiam, ex Testimonio aliquo divino elicitur, id eandem cum eo vim habet. Ita indubitatè verum est, ex Exod. 3. 6. Deus est Deus Abraham, Isaac, & Jacobi: Verum erit igitur Abrahamum, Isaacum, & Jacobum, vivere, consequenterque futuram esse resurrectionem. Illud totidem verbis Scriptura proponit. Hoc per bonam & immediatam consequentiam elicitur, paremque cum illo vim habet. Sic etiam, David Messiam dicit esse Dominum suum, Psal. 110. Ergo longè major

major est Messias Davide; ut qui non tantum verus homo; sed etiam verus Deus est. Prius expressè dicit Scriptura: Posterius, ex priore, deducitur.

3. Ex locis, seu Testimoniis ambiguis dogmata fidei firmitè non stabiliuntur. Purgatorium igitur animabus post hanc vitam purgandis, destinatum, ex 1. Cor. 3. 10. 11. 12. 13. 14. 15. probari non poterit: quia est testimonium ambiguum; & Bellarmino fatente, difficillimum. Nec etiam, localis Christi, ad Inferos, post mortem descensus, ex Psal. 16. 10. & Actor. 2. 27. evinci potest: quia apud Hebreos Seol apud Græcos A'ides, ambigua sunt.
4. Scriptura in vero suo sensu, demum est Scriptura, id est, Testimonium divinum. Cum ergo Papiste, ad probandam Papæ in Spiritibus & Temporalibus,

authoritatem, allegant locum ex
*Luc. 22. 38. Domine, ecce duo
 gladii hic: non nituntur testimo-
 nio Divino: eo, quod non in vero
 sensu, verba discipulorum alle-
 gant. Idem, de loco Genes. I. 16.
 Deus fecit duo luminaria ma-
 gna, Solem. (PAPAM) & Lu-
 nam (IMPERATOREM) quem,
 Casarem Romanū, iugo Papa sub-
 jecturi, eisdem fronte effronti ad-
 ferre solent, statuendum.*

5. Cum locus difficilis, & obscu-
 rus varias habet explicationes,
 nulla earum teneatur obstinate,
 imprimis cum analogiæ fidei,
 contextui, & lingvæ proprieta-
 ti, non repugnant.

VII. Testimonium Humanum
 est, quod hominem habet autho-
 rem. Estq; Proprium vel Com-
 mune

VIII. Commune est quod ab o-
 mnibus, vel multis hominibus
 proficitur, ut: *Vim, vi repellere
 licet:*

*licet: Parentes sunt honorandi: De-
 us est colendus.*

IX. Testimonium Commune,
 est vel Lex, vel Illustris aliqua
 sententia.

X. Lex est, Superiorum decre-
 tum, quod secundum rectum ratio-
 nis iudicium lato, quid agendum,
 quidve fugiendum sit, statuitur,
 ut: *Mœnia urbis non sunt transcen-
 denda. Cum hostibus Respubl. non
 est colludendum. Annona non est
 flagellanda.*

XI. Illustris Sententia est, 1. A-
 pophthegma, quod est dictum Ma-
 gn. tum breviter & scite prolatum,
 ut: *Ne quid nimis. Plus ultra* 2.
 Gnoma quæ est sententia Sapien-
 tum insignis, ut: *Radices studio-
 rum amara, sed fructus dulces: Li-
 beralitate & beneficentiâ retinen-
 tur Imperia* 3. Proverbium, quod
 est celebre vulgi dictum, scia qua-
 piam novitate insigne, ut: *Canis
 caninam non est: Ferrum, dum ca-
 let, cude.*

XII. Testimonium Proprium est, quod cum mentione, vel expressi, vel subintellecti Autoris citatur. Seu: quod ab uno aliquo homine testante proficiscitur.

XIII. Estq; vel Antiquorum & Mortuorum; ut: *Tit. 1.* Dixit quidam ex ipsis, proprius ipsorum. *Propheta: Cretenses sunt mendaces: Ennius sanctos appellat Poetas.* Vel Præsentium & Vivorum, ad quod referuntur *Confessio, Obligatio & Jusjurandum.*

XIV. Confessio est Testimonium Propriū, quo quis exponit se aliquid vidisse, audivisse, aliōve, sensu percepisse, sive spontē & liberē sive coactō. Talis fuit illa Nisi quā ab Euryalo, avocāt in se, factæ cædis & culpam & pœnam, *Aneid. 9.*

Me me: ad sum, qui feci: in me confessa ferrum.

O Ruens: mea fraus omnis: mihi ista nec ausus.

Nec potuit.

XIV,

XV. Obligatio est Testimonium Proprium, quo quis ceu vinculo obstringit se, de aliquā servandā, vel præstandā. *Cic. Philip. 5. Audebo etiam fidem meam obligare vobis P. C. populog, Romano: quod profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremq; in re maxime periculosā opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, P. C. Casarem semper talem fore civem qualis hodie sit, qualemq; eum, maxime velle, & optare debemus.* Huc etiam refertur *Pignus*, quod est Testimonium mutuae obligationis. *Vir. eclog. 3.*

Vix ergo, inter nos quid possit uterque vicissim.

Experiamur? ego hanc titulum (ne forte recales.

Bis Venis ad mulieram, binos alii ubere faciam.)

Depono: tu dic, mecum quo pignora certes?

Jusjurandum est Testimonium religiosæ affirmationis, ut: *Juravit Jacob, per pavorem patris sui, Isaac, Et, Virg. 6. Aneid.*

*Per Superos, Et si qua fides tellure (ubi in-
mā est.*

Insuper, Regna, tuo de litore cecit.

REGVLÆ.

1. Nullum Testimonium Humanum, quā Humanum, est necessariæ veritatis: non enim positum est, extra omnem erroris aleam.
2. Quæ per experientiam, & notoriam famam, ab omnibus promiscuè comprobantur, anteferenda sunt iis, quæ ab uno, alteroque privato proferuntur.
3. Decreta Imperii, Rescripta Principum, Senatusconsulta, aliæq; à Magistratu proposita valent, si nihil contra pietatem, leges universales; obligationesq; reciprocas, præcipiant.
4. Testimonium prudentis, gravis, constantis, cordati, rerum periti, in dignitate constituti, amanti pietatis & virtutis, sobrii, & integris sensibus præditi testis, præferendum est Testimonio,

CON-

contrario vitio laborantis testis.

5. Testimonium de rebus perpetratis, vel non perpetratis, præfertim in partem leuiorem, si vi extortum non sit, pro firmo habendum est.
6. Testimonium Adversarii, contra se: item Hostis, ad adversarii laudem vergens; & domesticorum, in vituperium suorum faciens, firmum est.
7. Testimonia Grammatica, Poëtica, Rhetorica, Logica, ex eruditis Autoribus desumpta; Historica probatorum Historicorum; Practica gravium & prudentum; & Theoretica magnorum Virotum, firma sunt.
8. Testimonia Patrum, imprimis qui ad annum Christi 400. vixerunt, ex scriptis eorum genuinis petita, sacris literis subordinata, magnam vim habent in Conclusionibus Theologicis probandis.

Finis Libri Primus



COMPENDII LOGICI,
LIBER SECVNDVS.
De Dispositione.

CAPUT I.

De Axiomate in genere.

Fuit Prior Logicæ Pars in Inventionem; Dispositio est Altera Logicæ Pars, de Argumentis & Axiomatibus distinctis conjungendis, ad benè judicandum.

II. Judicium est secunda mentis actio, ex dispositione efflorescens, conjunctarum notionum habitudinem percipiens.

III. Dispositio est vel Axioma vel Dianois.

IV. Axioma est Thematis Simplicis, cum Argumento declarante, seu explicante, mediante Vinculo facta dispositio, ut: *Deus est justus. Homo est Animal: Cælum est rotundum.*

R E.

REGPDA.

I. In omni Axiomate debet disponi Thema cum Argumento declarante; quod ad eo, ad minimum nomine tenus debet esse distinctum, ut: *Mundus est temporarius.* In hoc Axiomate, Thema est *Mundus*; Argumentum verò declarans, est *Temporalitas*.

V. Ex Dispositione Axiomaticâ, efflorescit Judicium Axiomaticum, quo aliquid esse, vel non esse cognoscitur; adeoq; veritas & falsitas dijudicatur.

VI. Axiomatis consideranda est Constitutio, Divisio, & Affectiones.

VII. Axioma constituitur ex Partibus suis, quarum alia est Principalis, alia Minusprincipalis.

VIII. Principalis Axiomatis Pars, est vel Materialis, vel Formalis.

IX. Partes Materiales sunt Thema & Argumentum, mediante Vinculo inter se connectenda. Suntq;

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

Suntque *Antecedens* & *Consequens*.

X. *Antecedens*, (Subjectum) est prior Axiomatis Pars notificanda, de quâ aliquid enunciatur, ut: *Homo est animal*, *Deus est justus*. *Animal sentit*. In his Axiomatibus, *Deus*, *Homo*, *Animal* Antecedentia, seu Subjecta sunt: de illis enim enunciantur sequentia, ut: *Iustitia* de Homine, & de Animali *sensus*.

XI. *Consequens*. (Prædicatum) est posterior Pars Axiomatis notificans, quæ de alio enunciatur, ut: *Iulius Caesar est fortis*: *Cicero Eloquens*: *Aristoteles sapiens*. Hic *Fortitudo*, *Eloquentia* & *Sapientia*, sunt Consequentia, seu Prædicata, de *Cesare*, *Cicerone* & *Aristotele* enunciata.

REGULÆ.

1. Unius Axiomatis unum tantum est Subjectum, & unum Prædicatum, non plura; licet illa non semper uno vocabulo, sed pluribus interdum, determinatio-

tionis, vel descriptionis gratiâ exprimantur, ut: *Didicisse fideliter artes emollit mores*. Hic Subjectum tribus vocibus exprimitur, quæ tamen unam Intellectui repræsentant *Causam*; Prædicatum vero duabus quæ unicum itidem *Effectum*, eidem offerunt.

2. Subjectum, à quo Prædicatum debet esse distinctum ipsâ rerum naturâ antecedit Prædicatum.
3. Illud vero in Axiomatibus est verum & naturale Subjectum, quod extrâ propositionem, in ipsâ rerum naturâ subjicitur: verum item & naturale Prædicatum, quod in ipsâ rerum naturâ, alteri inest, adest, vel circumstat, vel aliud, aliquo modo afficit.

XII Pars Axiomatis Formalis, est ipsa Subjecti & Prædicati, seu Antecedentis & Consequentis connexio. Hæc absolvitur per Vinculum seu Copulam. XIII

XIII. Vinculum est nota, quæ Antecedens, & Consequens, certo modo inter se affecta, connectuntur, *Elephas est Bestia: Deus creavit Cælum: Caesar fortis est & eloquens.* In his Axiomatibus *Creavit, est, Et.* Vincula sunt.

XIV. Vinculum aliud est Verbi, aliud Conjunctionis.

XV. Vinculum Verbi est, quod continetur aliquo Verbo, ut: *Homo est Animal rationale: Temperantia firmat valetudinem: Intemperantia corrumpit sanitatem.* Hic Vincula Verbalia sunt *Est, Firmat, Corrumpit.*

XVI. Estque Expressum, vel Implicitum.

XVI. Expressum est, quando Antecedens, cum Consequente, disponitur mediante Verbo Substantivo, SVM, ut: *Deus est misericors. Omnis homo est mendax. Ego sum Pastor bonus.*

XVII. Implicitum est, quando

Verbo.

Verbum Prædicato inclusum, immediatè nomini subiecto additur, ut: *Antichristus furit: Apostoli baptizant. Bestie destituuntur ratione.*

XVIII. Vinculum Conjunctionis est, quod continetur particulâ, quæ vim habet connectendi distinctas sententias.

XIX. Estque Proprium vel Improprrium.

XX. Proprium est, cum Antecedens cum Consequente, vi aliquæ conjunctionis Grammaticæ, disponitur, ut: *Si prudentia non est in Rege, quietes non erit in Populo: Aut Fide iustificamur, aut operibus: Et prodesse volunt & delectare Poeta: Non firmosus eras, sed erat facundus Ulysses.*

XXI. Improprrium est, cum Antecedens cum Consequente, mediante particulâ aliquâ relativa, disponitur, ut: *Quo indoctior, eo impudentior: Qualis Rex, talis Grex:*

Grex:

*Grex. Dum spiro spero; Disco cum
doceo.*

XXII. Pars Axiomatis Minus-
principalis est, quæ Materiæ &
Formæ Axiomaticæ habitudinem
notat. Tales sunt partes signa, vel
quantitatis, quæ indicant quousq[ue]
Prædicatum conveniat Subiecto,
ut *Omnia. Nullus, Cuncti, Quilibet,
Quidam.* Vel, modi, qui in-
dicant quomodo Prædicatum
conveniat Subiecto, ut: *Qua, Qua-
tenus, Secundum.*

CAP. II.

De Axiomate Affirmante & Negante.

I. Fuit Constitutio Axiomatis,
sequitur Divisio, quæ par-
tim ut Subiecti in Adjuncta; par-
tim ut Generis in Species, institu-
potest. Ex Adjunctis Axioma
aliud est Affirmans, aliud Negans.
II. Affirmans est, quod The-
matis & Argumenti convenienti-
am, per affirmationem Vinculi
indicat & exprimit, ut: *Homo est*

*risibilis: Animal sentit: Bartimæus
est cæcus: Angelus est Ens non a se.*

III. Negans est, quod Thema-
tis & Argumenti disconvenienti-
am, per negationem Vinculi, ex-
primit, ut: *Deus non est mutabilis:
Pius non sedet in Concilio Impiorum;
Nulli reprobis salvantur.*

REGVLÆ.

Apud Græcos, conjunctæ duæ
negationes faciunt negationem
firmiorem & vehementiorem.

Apud Latinos licet non forma-
liter; arguitivè tamen & conse-
quentèr duæ negationes, ca-
dentes in eundem terminum,
faciunt affirmationem, ut: *Non-
nulli homines sunt Divites. Hoc
est: Aliqui homines sunt divites.*

Tres negationes cadentes in
unum terminum faciunt unam
negationem, ut: *Nonnulli homi-
nes non sunt mali: Hoc est
Quidam homines non sunt mali.*

IV. Utrumque tam Affirmans,
quàm

quàm Negans est. 1. Finitum, vel Infinitum.

V. Finitum est, in quo Consequens, aliquid certi, de Antecedente affirmat, aut negat, ut: *Fides justificat: Electi salvantur: Homo non est immortalis: Fides non est sine operibus.* Aliis est Axioma, constans ex Subiecto & Prædicato finitis.

VI. Infinitum est, quod constat ex termino Infinito, vel alterutro tantum; vel utroque simul, ut: *Non homo est Lapis: Planta est non Animal Adam potuit non peccare, Non arbor est non homo: Non aurum est non meteorum.*

VII. Est etiam 2. Axioma affirmans & Negans aliud Purum, aliud Modale.

VIII. Purum est, in quo Antecedens cum Consequente simpliciter absque ullo modo disponitur, ut: *Omne animal sentit: Omnis homo est rationalis: Ignis urit aqua humectat.*

IX. Modale est in quo Antecedens cum Consequente, mediante aliquo Modo disponitur. Estque aliud Primarium, aliud Secundarium.

X. Primarium est, in quo Subiectum cum Prædicato, Modo aliquo solenniori disponitur. Modi autem solennes sunt: *Necesse, Contingens, Possibile, Impossibile.*

XI. Necesse est Modus significans coherentiam Extremorum in esse immutabilem, ut. *Electos ad vitam eternam necesse est servari: Necesse est, ignem esse calidum: Omne corpus esse quantum, est necesse: Deus necessario bonus est.*

XII. Contingens est Modus, significans coherentiam Antecedentis & Consequentis in esse mutabilem, ut: *Figulum Agathoclemis Regem Sicilia, est contingens: Judicium est. Judicium magistram Elium Perinacem, fieri Imperatorem Romanum.*

G 2

XIII

XIII. Possibile est Modus, significans coherentiã Consequentis cum Antecedente mutabilem in non esse ut: *Cælo sereno tonare est possibile. Possibile est, Saulum Christi persecutorem, fieri Paulum Ecclesie defensorem.*

XIV. Impossibile est Modus significans coherentiã Extremorum in non esse immutabilem ut: *Impossibile est, Deum mentiri. Animam humanam inserire, est impossibile. Reprobis, impossibile est salvari.*

XV. Secundarium est, in quo Antecedens cum Consequente disponitur Modo minus solenni. Modi illi Secundarii sunt potissimum Syncategoremata exclusiva exceptiva & restrictiva.

XVI. Estq; aliud Limitans, aliud Removens.

XVII. Limitans est, quod exprimit & quod, & quomodo Consequens conveniat Antecedenti.

Hujus notæ sunt: *Quã. Quatenus, Hoc respectu, Secundum hoc, Absolute, Comparate, Per se, Per acci- ens, Materialiter, Formaliter, ut: Homo quã homo, est rationalis: Animal, quatenus est animal, sentit: Ethiops secundum dentes, est albus.*

XVIII. Removens est quod attribuendo uno modo, negat alio modo; Semper itaq; resolubile est in Axioma Affirmans & Negans, ut: *Solus homo est rationalis. Et: Quod homo non est, non est rationale.*

XIX. Estq; Exclusivum, vel Exceptivum.

XX. Exclusivum est, quod generalitèr aliquid remover. Hujus notæ sunt: *Solus, Solum, Tantum, Suntaxat, Unus, Unicus, Unico, Precise,*

XXI. Estq; vel Exclusivum Antecedentis, vel Consequentis.

XXII. Exclusivum Antecedentis est, quod particulã exclusivã præpositã, excludit alia Antecedentem.

dentia, à participatione Consequentis, ut: *Tantum Deus est immortalis: Solum Sapiens est dives: Sola Fides justificat.*

REGULA.

Exclusivum Antecedentis, non excludit Concomitantia, id est necessario conhexa, vel Subordinata; verum Opposita tantum. Non igitur valet consecutio: *Solum Pater est verus Deus: Ergo Filius, & Spiritus Sanctus non sunt Deus: Tantum Animal sentis: Ergo homo non sentis.*

XXIII. Exclusivum Consequentis est, quod signo exclusivis inter Antecedens & Consequentia, à participatione Antecedentis, ut: *Reprobi tantum agunt male: Carthusiani solum edunt pisces.*

XXIV. Exceptivum est, quod Genere posito, distinctè Speciem, vel Individuum removet. Hujus

notæ sunt: *Prater, Praterquam, Nisi, Ni, Excepto.* Ita Axioma Exceptivum est. *Nulla Religio, prater Christianam, Deo placet: Oculus cuncta, praterquam seipsum, intuetur: Nemo servatus est in Diluvio, nisi Noach cum suis.*

REGULÆ.

1. Antecedens Axiomatis Exceptivi, debet esse universale.
2. Id quod excipitur, debet contineri, sub Antecedente Axiomatis Exceptivi.
3. Id quod excipitur, debet esse angustius Antecedente, à quo fit exceptio.

CAP. III.

De Axiomate Vere & Falso.

I. Axiomatum etiam ex adjuncta Qualitate aliud est Verum, aliud Falsum.

II. Verum est, quod cum rerum habitu congruit, ideoque Consentanea affirmatè, Dissentanea negatè enunciat, ut: *Deus est immor-*

immortalis: Homo mortalis: Virtus non est Vitium.

REGVL A.

1. Quia Axioma Verum congruit cum habitudine rerum: hinc Veritas non solum est in Affirmatione sed etiam in Negatione
2. Unum Axioma Verum, saltem ratione Formæ, non est altero verius: Forma enim Veritatis, in conceptus & rei æqualitate consistit.

III. Axioma Falsum, est quod rerum habitudini repugnat, id estque Consentanea negatè, Dissentanea affirmatè enunciat, ut: *Romulus non est conditor Roma: Homo non est rationalis: Liberalitas est prodigalitas: Virtus est Vitium.*

IV. Utrumq; Axioma, tam Verum quam Falsum, est vel Necessarium vel Contingens.

V. Axioma necessariò Verum est, in quo Consequentis & Antecedentis habitudo est immutabi-

lis

lis, ut nunquam falsum esse possit. Talia sunt: *Homo est Animal: Homo non est lapis.*

VI. Axiomatis necessariò Veri, & scientifici gradus sunt tres
 ἄνωγος, καὶ αὐτὸς, ἀδωγος
 ἡγετον.

VII. Axioma Necessarium ἄνωγος est, cum Consequens tribuitur Antecedenti, ejusq; Inferioribus omnibus, citra ullam temporis, vel loci exceptionem, ut: *Omne Animal sentit: Omnis homo est rationalis.*

REGVL A.

Axioma ἄνωγος debet esse 1. Verum. 2. Universale. 3. Semper verū. 4. Ubiq; verum 5. Affirmatū.

VIII. Axioma necessarium καὶ αὐτὸς est, cum Consequens est essentialè Antecedenti, ut: *Omnis homo est risibilis: Aurum est metallum. Nubes est Meteorum.*

IX. Estq; vel Primi, vel Secundi Modi, ἄνωγος ἡγετον.

X. καὶ αὐτὸ Primi modi est, eius Consequens est essentialē Antecedenti a priori. Hoc est: cum Consequens continetur actu, vel potentiā, in definitione sui Antecedentis, ut: *Homo est Animal: Arbor est Planta: Animal est Corpus vivum.*

XI. καὶ αὐτὸ Secundi modi est, cum Consequens est essentialē Antecedenti a posteriori. Hoc est: cum inest Antecedenti, ut eius essentialē consequens, ut: *Homo est sensibilis: Animal est sensens: Brustum est irrationale.*

REGULA.

In Axiomate καὶ αὐτὸ, requiruntur 1. Omnes conditiones κατὰ κατὰ. 2. Consequens debet esse essentialē Antecedenti. 3. Consequens debet inesse Antecedenti, non Antecedens Consequenti.

XII. Axioma Necessarium καὶ αὐτὸ ἐπιπέδον, est, cum Antecedens

dens reciprocatur cum Consequente, ut: *Omnis homo est rationalis. Et: Omne sensiens est animal.*

REGULA.

In Axiomate καὶ αὐτὸ ἐπιπέδον, requiruntur omnes Conditiones κατὰ κατὰ, & καὶ αὐτὸ, ac præterea, ut Consequens conveniat Antecedenti primò, quā tale est, & reciprocè.

XIII. Axioma contingentè Verum, est in quo Antecedentis & Consequentis habitudo est mutabilis, ut aliquando possit esse Falsum, ut: *Parentes amant liberos: Alcibiades ludens, vincit: Miles in piscatur, & Aureum tripodem capit.*

XIV. Axioma necessariò Falsum est, quod Extremorum inter se repugnantiam includit, ut nunquam possit esse Verum, ut: *Non videtur Jehova, neque intelligit Deus Jacob: Homo est lapis. Metallum est Planta.*

XV. Axioma contingentè Falsum

sum est, quod sic Fallum est, ut aliquando possit esse Verum, ut *juxta foeminarum consuetudinem, nunc accidit mihi, Genes. 31. Ma- sdes vincet Romanos.*

CAP. IV.

De axiomate simplicis.

I. Fuit Axiomatis in Adjuncta divisio, sequitur ea, quae est in Species veras. Est igitur Axioma aliud Simplex, aliud Compositum

II. Simplex Axioma est, quod Verbi Vinculo continetur, ut *Animal sentit: Omnis homo est Animal; Omnis Planta viget.*

REGULA.

I. In Axiomate Simplici, duo tantum Argumenta, alterum in Antecedente, alterum vero in Consequente, per Vinculum Verbi disponuntur, ut: *Homo est rationalis Visus non est caecitas: Planta est Corpus solè animi vegetati- vè praeditum.* In primo horum Sub-

Subiectum cum Adjuncto: in Secundo, Habitus cum Privatione: in tertio, Definitum cum Definitione, disponitur.

2. Axioma Simplex affirmatur & negatur, verbo affirmato & negato: hocque Axiomate, omnia Argumenta, exceptis plenè Comparationibus, Distributionibus & Diversis antitheticis, disponi possunt.

3. Axioma Simplex, omni genere modorum Grammaticè enunciari potest: in iis tamen enunciatio Indicativa excellit.

III. Axioma Simplex aliud est Generale, aliud Speciale.

IV. Generale est, cujus Consequens, universaliter attribuitur Antecedenti Universali, ut: *Omne Animal sentit: Omnis homo est rationalis.*

V. Estque Definitum vel Indefinitum.

VI. Definitum est cujus Subje-
ctum,

Et cum, signo universalis affirmatio, vel negatio est determinatum, ut: *Omnes electi salvantur: Nulli reprobis sanctificantur.*

VII. Indefinitum est, cuius Subiectum universale, nullo signo est determinatum, ut: *Animal est Substantia: Homo est rationalis: Elementum est Corpus naturale.*

VIII. Axioma Speciale est, cuius Consequens tribuitur Antecedenti specialiter, ut: *Quaedam Virtus est propugnatrix iustitiae.* Hic Consequens, propugnatrix iustitiae, tribuitur Antecedenti, *Virtuti*, at non omni, sed tantum fortitudini.

IX. Estque vel Particulare, vel Singulare.

X. Particulare est, cuius Consequens, tribuitur Antecedenti particulariter, ut: *Quidam homines timeant Deum: Pauci sunt electi.* Ex parte contingit *Israëls obduratio*

XI. Particulare etiam Axioma

cum aliquando signis quibusdam; aliquando vero sine illis exprimitur, non incommodè dicetur, aliud esse De finitum, ut: *Plerique Ministri cauponantur verbum Dei: Quidam homines sunt reprobi.* aliud Indefinitum ut. *Homines sunt docti. Cretenses sunt mendaces.*

XII. Axioma Singulare est, cuius Consequens Commune vel Proprium, tribuitur Antecedenti Proprio, sive singulari, ut: *Messias est Virginis Mariae Filius: Socrates est doctus: Antiochus est Impius.*

De Automate Copula & Connexione.

I. **E**gimus de Axiomate Simplicis; Compositum est, quod Vinculo Coniunctionis continetur, ut: *Aut fide iustificamur, aut operibus: Si Deus est, providentia est: Caesar & eloquens, & fortis fuit.*

II. Estque aliud Congregativum, aliud Segregativum.

III. Congregativum est, cuius

Com

Conjunctio est Congregativa. Hujusmodi sunt: *Et, Sed, Cum, Atque, Quoque.*

REGULA

Axioma Congregativum, enunciat omnia Consentanea affirmando; omnia verò Dissentanea negando.

IV. Estque aliud Copulatum, aliud Connexum.

V. Axioma Copulatum, est cujus Conjunctio est Copulativa, Partes Axiomatis simpliciter conjungens, ut. *Pompejus & fortunatus, & Virtuosus fuit: Et prodesse volunt, & delectare Poeta.*

REGULA

I. Ad veritatem Axiomatis Copulati, requiritur utriusque Partis veritas, & si una Pars falsa fuerit, totum Copulatum falsum erit. Ita verum Copulatum est: *Julius Caesar & fortis, & eloquens fuit.* At falsum: *Catalina est fortis & Atheniensis,* quia pars posterior falsa.

2. Co-

2. Copulatio connotans tempus respectu unius & ejusdem temporis, est accipienda, alias Copulatio falsa erit. Sic verum est: *Paulus Apostolus fuit Roma, & stetit se Neroni.* At falsum: *Paulus Apostolus fuit Roma, & reprehendit Petrum Antiochie gentes Judaizare cogentem.*

3. Copulatum affirmatur & negatur, ex ratione Conjunctiois Copulativæ, cui cum additur, seu præponitur negatio, semper facit negatum. Ita Affirmatum Copulatum est: *Et fide justificamur & operibus.* Negatum verò: *Non & fide justificamur, & operibus.*

VI. Axioma Connexum est, cujus Conjunctio est Connexiva, ut: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non poterit ingredi in regnum Dei: Ni Improbus resipiscat, peribit: Si Asia volat, habet pennas.*

2. Co-

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

REGVLÆ

1. Connexa Affirmata, aut Negata censentur, non quorum Partes sunt affirmatæ aut negatæ; sed quorum Vinculum affirmatur aut negatur. Ita affirmatum est: *Si dies est, Sol ortus est.* Negatum verò: *Non si dies est, Sol ortus est.*
2. Veritas Axiomatis Connexi, consistit in Partium ejusdem unionem & cohærentiâ, quâ Consequens ex Antecedente, rectè sequitur. Ita verum Connexum est: *Si fideles virtutis Dei presidio custodiuntur, ad salutem veniunt; non possunt excidere gratiâ Dei.* At fallum: *Si Abraham dives est, etiam sanctus est:* quia inter Antecedens & Consequens, nulla est connexio & cohærentia.
3. Si connexio Argumentorum, in Axiomate Connexo sit necessaria, Connexum erit necessarium; si verò contingens illa fuerit,

fuerit, Connexum erit contingens. Ita Connexum necessarium est: *Si Bucephalus sit Equus, est animal hinnens.* At hoc contingens. *Si Cicero fuit in Græciâ, loquutus est Græcè.*

CAP. VI

De Axiomate Discreto, & Disjuncto.

- I. Fuit Axioma Congregativum Segregativum est, cujus Conjunctio est Segregativa. Hujusmodi sunt. *Quamquam, Quamvis, Licet, Sed, Tamen, Aut, Vel.*
- II. Axioma Segregativum est vel Discretum, vel Disjunctum.
- III. Discretum, est Axioma Segregativum cujus Conjunctio est Discretiva, consecutionem negando Partes Axiomatis sejungens. *Etsi Ecclesia promatur; non tamen opprimitur: Differt quidem Deus pœnas; ab impœnitentibus tamen non auferit: Peccant quidam electi; sed non ad mortem.*

R. B.

REGULA.

1. Axioma Discretum, è Dissentaneis præcipuè enunciat Diversa, ut: *Quamvis facundus fuerit Ulysses; tamen non fuit formosus. Licet Cato fuerit temperans; tamen heres vite aeternae factus non est.*
2. Discretum affirmatur & negatur, ex conjunctione discretivâ affirmatâ & negatâ. Ita Affirmatum Discretum est: *Quamvis facti perierint Judam; gratiam tamen consequutus non est.* Negatum verò hoc. *Quamvis in eos quem laudet invidus; non tamen ipsi favet. Non quamvis cognoverint Deum gentes; eum laudârunt.*
3. In aliquibus Discretis, requiritur omnium Partium veritas, ut. *Licet Ulysses fuerit facundus; non tamen fuit formosus. In aliquibus, veluti cum Discreta sunt ex falsâ hypothesis, sal*

egm

tem unius Partis veritas, ut: *Etsi auferre liceret res alienas, tamen in usum sacrum destinatas, non liceret.* Aliqua Discreta vera sunt, si Partis Consequentis ad Antecedentem, non sit consequentia, ut: *Etsi Petrus dicitur fuisse in Academia; tamen doctus non evasisset.*

IV. Disjunctum, est Axioma Segregativum, cujus Conjectio est disjunctiva, partes Axiomatis simpliciter disjungens, ut: *Aut si de justificamur, aut operibus: Aut dies est, aut nox. Aqua est calida, vel frigida.*

REGULA.

1. Disjunctum affirmatur & negatur, ex affirmatione & negatione Conjunctionis disjunctivæ. Ita Affirmatum Disjunctum est: *Brutus aut sanus est, aut eger.* Negatum: *Non Brutus aut sanus, aut eger est.*
2. Ad veritatem Disjuncti sufficit,

su

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

si una ejus pars sit vera, ut: *Aut fide justificamur coram Deo; aut operibus.* Hic prior pars vera, posterior fals. unde Disjunctum verum est. In hoc verò: *Homo aut est Deus, aut Angelus,* neutra vera, unde Disjunctum falsum est.

3. Disjunctum est necessariæ veritatis, cum disjunctio partium in Axiomate dispositarum est necessaria: contingens verò, si in eo partes disponantur contingenter. Ita Disjuncta necessaria sunt. *Animarum post mortem locum, vel erit Cælum; vel infernus: Bartimeus aut cæcus est; aut visu pollens.* Contingentia verò: *Petrus aut studet, aut dormit: Superficus aut est viridis; aut cerulea.* Quomodum igitur hæc ex Disparatis; ita illa ex Contrariis fiunt.

CA.

CAP. VII.

De Expositione & Crypsi axiomatica.

- I. **F**uerunt Axiomatis Divisiones; sequuntur Affectiones, quæ Axiomatis naturam consequuntur. Harum aliæ conveniunt Axiomati absolute considerato, ut: *Expositio & Crypsis axiomatica:* aliæ respectivè considerato, prout cum aliis Axiomatibus conferatur, ut: *Equipollentia, Conversio & Oppositio axiomatica.*

II. Expositio axiomatica, est Partium ex quibus, Axioma constat, declaratio. Estq; vel Acceptio terminorum, vel Appellatio eorundem.

III. Acceptio terminorum, est determinatio significationis, quæ vox aliqua in Axiomate sustinet, ut: *Animal est Nomen,* id est, pertinet ad primam Etymologiæ partem. *Homo est nominativus casus.* Hæc acceptio vocatur *materialis* quia terminus accipitur in Axiomate.

mate, pro literis & syllabis, ex quibus tanquam materiâ constat. Huic opponitur *Acceptio formalis*, quâ terminus in Axiomate accipitur pro re significatâ, ut: *Agnus est Animal. Turtur est Avis.* Est autem hæc acceptio formalis propria, opposita acceptioni *impropria* seu *Tropica*, cuius exempla sunt: *Herodes est vulpes*, id est, astutus. *Sine Cerere, & Baccho friget Venus*, id est sine pane & vino, friget amor.

IV. Apellatio terminorum est, quâ termini in Axiomate aliquid important, quod primâ fronte non apparet. Estque vel *Ampliatio*, vel *Restrictio terminorum*.

V. Ampliatio est, quâ significatio termini, aliquid ultra id, pro quo accipitur, importat. ut: *Cor Regis est in manu Dei.* Hic (*Cor Regis*) ad totum genus humanum extenditur.

VI. Restrictio est termini con-

tractio, quâ scilicet terminus generalis, accipitur specialiter, ut: *Omnia Animalia fuerunt in arca Noë* pro ex omnibus, quæ in aquis vivere non poterant, aliqua. *Cælum regit omnia*, scilicet, quæ ipsi subiecta sunt.

VII. *Crypsis Axiomatica*, est Axiomatis ab ordinariâ dispositione recessus. Estque *Ellipsis*, *Pleonasmus* & *Inversio*.

VIII. *Ellipsis*, seu *Defectus*, est cum Pars aliqua Axiomatis in mente reticetur, aliquibus expressis, ut: *Nota mala optima*, scilicet *Inscripsit tabulæ verba fœderis huius*, scilicet *Jehova*.

IX. *Pleonasmus*, seu *Redundantia* est cum Axiomati præter partes essentielles, aliquid accedit, ut: *Jesus Christus*, qui natus est ex *Maria Virgine*, est *verus Messias*.

X. *Inversio* est Partium Axiomatis transpositio, ut: *Magnum est regem parsumania*. *Pro: Parsimon-*

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

nia est magnum vectigal. Fortuna
tibi est Virtus. Pro: Virtus est
Fortuna tibi est.

CAP. VIII.

De Equipollentiâ Axiomatum.

I. **E**Gimus de Affectionibus Axiomatis absolute spectatis sequuntur illæ, quæ Axiomatum competunt respectivè considerato. Sunt autem illæ, vel Consentaneæ, ut: Equipollentiâ & Contraversio, vel Dissentaneæ, ut: Oppositio.

II. Equipollentiâ, est Axiomatum verbis discrepantium convenientia in sensu, ut: *Panis est corpus Christi.* Et: *Panis est communio Corporis Christi.* *Nullum non animal appetit sui conservationem.* Et: *Omne animal appetit sui conservationem.* *Contingens est Aeneam vincere Turnum.* Et: *Possibile est Aeneam vincere Turnum.*

III. Equipollentiâ alia est Axiomatum Purorum, alia Modali.

De Equipollentiâ Purorum quæ Regulae observentur. Axiomatum in Quantitate Equipollentiâ, æstimatur ex signis quantitativis, quæ sequentibus versiculis comprehenduntur.

Non omnis, Quidam: Non omnis non, quasi Nullus.

Nonnullus, Quidam: Sed, Nullus non, valet Omnis.

Non aliquid, Nullus: Non quidam non, valet Omnis.

Non aliter, Neuter: Neuter non, præstat Verque.

Axiomata duas negationes habent, affirmato, & tropicum respectu intellectum, proprio æquivalent, ut: *Nullus non hominum est Animal.* Et: *Omnis homo est Animal.* Item. *Homo est bulla.* Et: *Homo est similis bulla.*

Axiomata habens additum signum limitationem, & exceptionem, seu limitationem, æquivalent Partiulari, cum limitatio tollitur;

H:

ut

ut & Axioma signi Omnis dis-
buentis in genere singularum:
Axioma, signi Omnis collecti-
æquipollet Indefinito. Ita
quipollentia Axiomata sunt
Omnes homines credentes salu-
tur. Et: Quidam homines
vantur. Omne animal fuit in
câ Noë. Et: Quedam anima
fuerunt in arcâ Noë. Omnes
sui exteriores sunt quinq.
Sensus exteriores sunt quinq.
4. Axioma Indefinitum æquipol-
let Universali, cum signifi-
cans Speciem, nec dari potest en-
tis: Particulari, cum instanti
dari potest: Singulari cum sub-
jectum singularitèr accipit
ut: Homo est Animal, æquiva-
luic: Omnis homo est Animal.
Spurii sunt mali, æquipollet
ic: Quidam spurii sunt mali.
mo loquitur, tantum valet,
Hiceres: Hic homo loquitur.
5. Axioma Universale, omni-

Singularibus sub ipso compre-
hensis & omnia Singularia, suo
Universali æquipollet. Parti-
culare verò, Aggregato Disjunc-
to, ex Singularibus constructo,
æquivalet. Ita, Omnis homo est
rationalis, æquipollet his Axi-
omatibus: Petrus est rationalis,
Paulus, Jacobus, Judas, Cathari-
na, Maria, &c. sunt rationales.
Ita etiam Quidam homo est dives,
æquivalet huic: Cræsus est dives,
aut Codrus, aut Iruus, aut Socra-
tes, &c.

Negatio præposita signo uni-
versali in Lingvâ Latinâ, facit ut
æquipollet suo cõtradictorio;
Signo verò universali postposita
in Lingvâ potissimùm Hæ-
braicâ, facit ut æquivalet suo
contrario. Ita Æquipollentia
sunt: Non omnis homo est electus,
Et: Quidam homo non est electus.
Omnis homo non est justus, Et:
Nullus homo est justus.

7. Afirmatio Privationis & negatio Habitûs, æquipollent in Subjecto habili. Afirmatio etiam finita, & negatio infinita æquivalent. Illius exemplum est: *Bartimeus est cæcus*, Et: *Bartimeus non est visu pollens*. Hujus: *David est justus*, Et: *David non est non justus*.

8. Hypotheticum, seu Connexum Impossibile, æquivalet simpliciter Neganti, ut: *Si poterit quicumque numerare pulverem terre, poterit etiam numerari semen Abrahami*, Gen. 13. v. 16. est: *Semen Abrahami non poterit numerari*.

9. Axioma Connexum ratione consequentiæ, æquivalet Simpliciter Afirmato, aut Negato. *Si homo est animal, est substantia*. Et: *Animal est substantia*. Et: *Si Deus irascitur ob peccata, gentes justæ non sunt*, Et: *Quia Deus irascitur ob peccata, gentes non sunt*.

IV. Æquipollentia Modalium, sequentibus Regulis dirigitur.

1. Axiomata Modorum, Contingens & Possibile, si eodem modo affirmantur, aut negentur, æquipollent, ut: *Contingens est. Æneam vincere Turcum*. Et: *Possibile est. Æneam vincere Turcum*. *Contingens est. Venetos non profligare Turcam*, Et: *Possibile est Venetos non profligare Turcam*.

2. Axiomata Modorum, Possibile & Impossibile, si in altero affirmetur Modus; in altero negetur, æquipollent, ut: *Impossibile est, Electos finaliter excidere Gratiâ Dei*, Et: *Non est possibile, Electos finaliter excidere gratiâ Dei*. *Possibile est Regem fieri Ludimagistrum*, Et: *Non est impossibile, Regem fieri Ludimagistrum*.

3. Axiomata Modorum, Necessæ & Impossibile, si Dictum in altero affirmetur; in altero negetur, æquipollent, ut: *Necessæ est ho-*

H4

est ho-

- est hominem esse rationalem, Et: Impossibile est, hominem non esse rationalem. Impossibile est, creaturam esse infinitam, Et: Necessesse est creaturam non esse infinitam.
4. Axiomata Modorum, Necessesse & Possibile, si & Modus & Dictum, in altero affirmantur, in altero negentur, æquipollent, ut: Necessesse est, Electos salvari, Et: Non est possibile, electos non salvari. Possibile est, aliam ludentem vincere, Et: Non est necessesse, aliam ludentem non vincere.
5. Axioma Exclusivum in materia æquivaleret Universali, ut: Soli verè credentes salvantur, Et: Omnes verè credentes salvantur. Sola animata habent in se principium vivendi, Et: Omnia animata habent in se principium vivendi.
6. Axioma Exclusivum Antecedentis determinati, æquipolleret Particulari, si determinatio tolleretur.

latur, ut: Solum Animal rationale loquitur, Et: Quoddam Animal loquitur. Tantum Bestia cornuta ruminant, Et: Quoddam Bestia ruminant.

CAP. IX.

De Conversione.

I. **C**onversio est mutua terminorum in Axiomate transpositio, salva ejusdem Qualitate & veritate.

REGULÆ.

1. In Conversione Axiomatum, eadem Qualitas debet manere in Converso Axiomate, quæ fuit in convertendo; eademq; debet esse utriusq; conditio.
2. Omnis Conversio debet continere bonam consequentiam, ut: Nulla Planta est Animal: Nul- lum Animal est planta.
3. Totum Antecedens convertendi, fiat Consequens convertentis, non mutilatum; neq; truncatum, ut, Pius orat Deum. O-

H5

vau

rans Deum est Pius: Petrus videt Paulum: Videns Paulum est Petrus

4. Casus Obliqui inter convertendum recte fiunt, ut: Me tædet vivere: Ille quem tædet vivere sum ego; Socratis est disputare. Ille cuius est disputare, est Socrates. Johannes est in domo: Existens in domo est Johannes.

5. Tempus Præteritum, sensu ita exigente, recte fitur per præsens, ut: Omnis doctus, fuit indoctus. Quidam qui fuit indoctus, est doctus. Omnis senex fuit puer. Quidam qui fuit puer, est senex.

II. Conversio alia est Axiomatum Purorum, alia Modalium.

III. Conversio Purorum est triplex, Simplex, Per accidens & Per Contrapositionem.

IV. Conversio Simplex est Antecedentis & Consequentis, eadem Quantitate manente, iisdemque

que terminis finitis, aut infinitis, transpositio, ut: Nullus homo est Bestia, Ergò: Nulla Bestia est homo. Omne Animal sentit: Ergò: Omne sentiens est Animal. Quodcunque non est animatum, non est vivum: Ergò, Quodcunque non est vivum, non est animatum.

REGVLA.

Conversio Simplex locum habet
1. In Universali negante, ut: Nulla planta est Animal: Ergò: Nullum Animal est planta 2. In Universali affirmante reciproco, ut: Omnis homo est rationalis: Ergò Omne rationale est homo. 3. In Particulari affirmante, si in eo Consequens Antecedentis interitum non indicet, ut: Quidam pius est exorsus mundo: Ergò, Quidam qui est exorsus mundo est pius. 4. In Singulari quocunque, cuius Consequens est singulare, ut: Alexander fuit Rex Macedonia cognomento Magnus: Ergò, Rex Macedonum cognomen

eo Magnus, fuit Alexander: Johannes Baptista non est Messias. Ergo, Messias, non est Johannes Baptista.

V. Conversio per Accidens, est Antecedentis & Consequentis in terminis finitis, variatâ Quantitate, transpositio.

REGULA.

Conversio Per Accidens locum habet, 1. In Universali affirmante non reciproco, convertendo in Particulare affirmans, ut: *Omnis homo est Animal.* Ergo, *Quoddam Animal est homo.* 2. In Universali negante, convertendo in Particulare negans, ut: *Nullum adulterium est licitum.* Ergo, *Quoddam licitum non est adulterium.* 3. In Particulari affirmante, cujus Consequens est singulare, convertendo in Singulare affirmatum, ut: *Quidam Rex Macedonia fuit Alexander.* Ergo, *Alexander fuit Rex Macedonia.*

VI. Conversio Per Contrapositionem

tionem, est transpositio Extremorum Axiomatis finitorum, in terminos infinitos.

REGULA.

Conversio Per Contrapositionem locum habet. 1. In Universali affirmante finitò & infinito, ut: *Quicquid nutritur est vegetabile.* Ergo, *Quicquid non est vegetabile non nutritur.* *Quodcumque non est sentiens, non est Animal.* Ergo, *Omne Animal est sentiens.* 2. In Particulari negante finitò, & infinito, ut: *Quadam Virtus non est Justitia.* Ergo, *Quoddam, quod non est Justitia, non est non Virtus.* *Quidam, qui non est Philosophus, non est non homo.* Ergo, *Quidam homo, non est Philosophus.* 3. In Singulari affirmante finitò & infinito convertendo in universale & Particulare ut: *Judas prodidit Christum.* Ergo, *Quicumque non prodidit Christum, non fuit Judas.* Et, *Quidam qui non prodidit Christum, non fuit Judas.*

H7

VII.

VII. Axiomatum Modalium
 Conversio, sequentibus Regulis
 poterit informari.

1. Modalia Divisa in Conversione
 conveniunt & quidem in omni
 ejus Specie, cum Propositioni-
 bus puris.
2. In Modalibus Compositis,
 transponitur 1. Dictum & Mo-
 dus præcise, ut: *Necesse est omne
 Animal sentire; Ergò, Omne
 sentiens esse Animal, necesse est.*
 2. Dictum sumitur cum peri-
 phrasi singularitatis, ut: *Homi-
 nem esse Animal, necesse est. Ergò
 Quoddam, quod necesse est, hoc
 vel illud est, Homo est Animal.* 3.
 Transponitur Dictum, Modo
 in suâ sede manente, ut: *Im-
 possibile, est Hominem esse Equum;*
*Ergò, Impossibile est, Equum esse
 hominem.*
3. Exclusivum Modale, ex signo
 & verbo affirmato, convertitur
 in Universale affirmatum, ut;
Solum

*Solum Animal est agrum; Ergò,
 Omne agrum est Animal.*

GAP. X.

De Oppositione.

I. **C**onsentaneæ Axiomatis Af-
 fectiones fuerunt; restat Dif-
 sentanea, quæ est Oppositio, pu-
 gna scilicet duorum Axiomatum,
 in affirmandò & negandò.

REGULÆ

1. Oppositio axiomatica, debet
 habere idem Antecedens, &
 Consequens, sine ambiguitate,
 intellecta, ut; *Omnis homo est
 doctus: Nullus homo est doctus.*
2. In Oppositione, Consequens
 disponitur, secundùm eandem
 Subjecti partem, ut: *Ethiops
 secundùm dentes est albus. Ethi-
 ops secundùm dentes non est albus.*
3. Oppositio fiat, secundùm eun-
 dem respectum, ut; *Sol respectu
 sui obscuratur in Eclipsi: Sol non
 respectu sui obscuratur in Eclipsi.*
4. Oppositio fiat ratione ejusdem
 rem-

Temporis, ut; *Paulus Apostolus, dum se sifteret Casari Neroni, fuit Roma. Paulus Apostolus, cum se sifteret Neroni non fuit Roma.*

II. Oppositio alia est Contradictoria, alia Contraria.

III. Contradictoria Oppositio est Axiomatum, in communi Quantitate & Qualitate pugna. Quantitas communis est Universalitas & Particularitas. Qualitas communis est Affirmatio & Negatio, Veritas & Falsitas. Itaque; si alterum sit Universale, oportet alterum esse Particulare, si unum sit Affirmatum, alterum debet esse Negatum; si unum sit Verum, alterum debet esse Falsum.

REGULÆ.

1. Contradictoria Oppositio locum habet, tam in Puris, quam in Modalibus Axiomatibus.
2. In Puris Simplicibus, Contradictoria Oppositio est, 1. Inter Universale Affirmatum cuius

Con-

Consequens latius est Antecedente; & Particulare Negatum, ut: *Omnis voluptas est bona. Quedam voluptas non est bona. Omne animatum est corpus. Quedam animatum non est corpus.* 2. Inter Universale Negatum, & Particulare Affirmatum, ut: *Nullum Animal est rationale. Quoddam Animal est rationale.*

3. In Puris Compositis, Contradictio æstimanda est ex negatione conjunctionis, ut: *Si Deus est corporeus, quantus erit: Non, Si Deus est corporeus quantus erit. Et diurnus & annuus motus convenit terre: Non, & diurnus & annuus motus convenit terre. Aut fide justificamur, aut operibus. Non aut fide justificamur, aut operibus.*

4. Modalium tam Primariorum, quam Secundariorum Contradictio consistit in diversa Qualitate Modi, eodem manente

Dicto,

Dicto. ut: *Necesse est electos salvari: Non necesse est electos salvari. Contingens est, alea ludentem vincere: Non contingens est, alea ludentem vincere. Solus Deus est eternus: Non solus Deus est eternus. Ignis urit, quia calidus est: Ignis urit non quia calidus.*

IV. Contraria Oppositio, est Axiomatum in sola Qualitate pugna.

REGULÆ.

1. Contraria Oppositio est partim in Puris, partim verò in Modalibus Axiomatibus.
2. Quantum ad Pura, ea cernitur
 1. In Universalibus definitis ut: *Omnis homo est pulcher: Nullus homo est pulcher. Omnia poma sunt flava: Nulla poma sunt flava.*
 2. In Indefinitis necessariis, ut: *Anima humana est immortalis: Anima humana non est immortalis. Temperantia est Virtus. Temperantia non est virtus.*
 3. In Singula-

gularibus quibuscunque, ut *Aristides est justus: Aristides non est justus. Christus est promissus Messias: Christus non est promissus Messias.*

3. In Modalibus locum habet inter quæ afficiuntur Modo Necesse & Impossibile. Et quidem 1. ratione Dicti. Ita contrariantur duo Axiomata, eundem modum habentia, si in altero Dictum affirmetur; in altero negetur, ut, *Necesse est, ignem esse calidum: Necesse est, ignem non esse calidum. Impossibile est, peccata Deo placere. Impossibile est, peccata Deo non placere.* 2. Ratione Modi. Ita contrariantur duo Axiomata, quorum alterum habet Modum Necesse; alterum Impossibile, eodem manente Dicto, sine Qualitatis immutatione, ut. *Necesse est, electos ad vitam aeternam servari. Impossibile est electos ad vitam aeternam servari.*

CA.

C A P. XI.

De Syllogismo in Genere, ejusque Partibus.

I. **F**uit hactenus Axioma: sequitur Dianoja, quæ est Dispositio Axiomatum, quâ unum ex alio deducitur.

II. Hinc Judicium Dianœticum, est quod judicat, quomodo unum Axioma, ex alio deductum sit.

III. Dianoja est vel Syllogismus, vel Methodus.

IV. Syllogismus est Dianoja, quâ Quæstio probanda, cum Argumento probante, ita disponitur, utposito Antecedente, necessario concludatur.

V. Hinc Judicium Syllogisticum, nihil aliud est, quam quod aliud, ex alio sequi cognoscitur; adeoque Consequentia & Inconsequentia intelligitur.

VI. Consequentia Syllogistica alia est Formalis, alia Materialis.

VII. Formalis est, quæ Syllogismo vi solius Formæ inest. Hoc est

est: quâ non propter Materiam & Axiomatas sed vi solius dispositionis Axiomatum, concluditur. Dicitur aliàs *Necessitas Consequentia, & ex hypoth. si.*

REGVLÆ.

I. Qualis est Forma Syllogistica, talis etiam est Consequentia Formalis. si illa bona fuerit & hæc bona erit; sin illa mala, hæc etiam talis.

II. Consequentia Formalis, in quavis Materiâ, etiam impossibili seu falsâ, potest esse legitima, dummodo situatio Argumenti tertii, cum Quæstionis Extremis, in Syllogismi Antecedente sit proba.

III. Ex falso, quandoque colligitur verum, ratione Formæ Syllogisticae, ut: *Omnis lapis est Animal. Omnis homo est lapis: Ergo. Omnis homo est Animal.*

VIII. Consequentia Materialis est quæ Syllogismo vi solius Mater-

teriae convenit. Hoc est: quâ
vi solius Materiae concluditur,
quod sic tunc, cum Argumenta
in Axiomatibus ex quibus Syllo-
gismus constituitur, necessariò
coherent.

REGULA.

Ex veris per se, & ratione Mate-
riae, non nisi verum sequitur;
licet per accidens, & ratione
Dispositionis, possit sequi fal-
sum. Illius exemplum esto:
*Omne animatum vivit. Omnis
bestia est animata: Ergò, Omnis
bestia vivit. Hujus: Temperan-
tia, est Virtus: Iustitia non est
Temperantia: Ergò Iustitia non
est virtus.*

IX. Syllogismi in Genere consi-
derati. videnda est Constitutio &
Divisio.

X. Syllogismus constituitur ex
suis Partibus, videlicet, Materiâ
& Formâ.

XI. Materia Syllogismi in Ge-
nere

nere considerati uti ex Definitio-
ne colligere licet, est *Quaestio,
& Tertium argumentum, seu Me-
dius terminus.*

XII. Quaestio constat duobus
Extremis, quorum vel utrumque,
vel alterum saltem, simul in Ante-
cedente & Consequente ponitur.

XIII. Extremum aliud est Ma-
ius, aliud Minus. Illud est Pars
consequens; hoc verò antecedens
Quaestionis dubiae.

XIV. Tertium Argumentum,
est Quaestionis dubiae extrinsecus
assumpta probatio, quâ mediante,
vel Extremorum utrumque, vel
alterutrum saltem, in Antecedenti
disponitur.

REGULA.

Tertium Argumentum, debet
carere omni ambiguitate, am-
biguitas enim parit pluralita-
tem terminorum. Hinc sequens
Syllogismus est vitiosus: *Via
pedibus teritur. Christus est via.
Ergò,*

Ergo, *Christus pedibus teritur.*
 2. Tertium Argumentum non ingrediatur Conclusionem, quia medium non est, quod concluditur; neque de quo aliud concluditur; sed quo mediante Extrema concluduntur. Ita, non valet hic Syllogismus. *Peccatores, seriam penitentiam agentes, in gratiam Dei recipiuntur. Judas non fuit peccator, seriam penitentiam agens. Ergo Judas seriam non agens penitentiam, in gratiam Dei receptus non est.*
 3. Tertium Argumentum, cum una saltē Quæstionis parte conveniat, in omni enim Syllogismo oportet esse connexionem Medii termini, cum aliquâ Quæstionis parte. Hinc non valet *Quod non est Metallum, Animal non est. Planta non est Metallum. Ergo. Planta non est Animal.*
 XV. Quia verò Syllogismi in Genere considerati Materia, est

Quæstio duobus constans Extremis, & Tertium argumentum, hinc sequentia Confectaria possunt colligi.

1. Syllogismus constet tantum Tribus Terminis, non pluribus, nec paucioribus. Non pluribus: quia quartus necessariò perturbat Dispositionem Syllogisticam. Non paucioribus: quia nulla foret hoc pacto connexio, cum Extrema per semetipsa jungi non possint.

2. Hinc; Termini concreti, cum abstractis: proto-noëmatici cum deuteronoëmaticis: proprii cum impropriis: Casus obliqui, cum rectis, non confundantur, fierent enim in Syllogismo plures, quam tres Termini.

Probè tamen observandum fuerit, quòd tale vitium non sit, metuendum, si mutatio Cælium, & temporum, in Antecedente facta: etiam fiat in Conclusionem.

ut: *Omne bonum donum descendit à Deo: Sapientia est bonum donum: Ergò, Sapientia descendit à Deo.*

3. Determinatio Subjecti & Prædicationis Antecedente, quæ non est principale Axiomatis Syllogismi constituentis membrum, non debet inferri in conclusionem, ut: *Res, suo genere bona, non est damnanda: Jurisprudencia est res, suo genere, bona: Ergò, jurisprudencia, suo genere bona, non est damnanda.*
4. Major & Minor terminus, ita inferantur in conclusionem, ut erant dispositi in Antecedente, non mutati, neque mutilati. Non valet igitur: *Omnes peccatores penitentiam agentes recipiuntur in gratiam: Quia non omnes homines non recipiuntur in gratiam: Ergò, Quidam homines non sunt peccatores. Item: Deus ubique est ubique: Christus se-*

condum humanam naturam s. de ad dextram Dei: Ergò, Humanitas est ubique.

XVI. Hæc de Materiâ Syllogismi; Forma ejusdem, est congrua Medii cum Extremis Dispositio, ut necessariâ Consequentia Conclusio inferatur.

XVII. Dispositionis hujus Syllogisticæ fundamenta sunt duplicia, Principia Naturæ & Proportionis.

XVIII. Principia Naturæ sunt duo: Dictum de Omni, & Dictum de nullo. Illud Syllogismorum Affirmatorum; Hoc Negatorum; fundamentum est.

XIX. Dictum de Omni est, quicquid affirmatur de Universalibus, etiam de Particularibus & Singularibus, sub eo contentis affirmatur. Ita de *Homine* (Universali) affirmatur, quod sit *rationalis*: Ergò idem affirmabitur de omnibus Inferioribus, hoc modo: *Pe-*

Paulus, Jacobus, Judas, Cicero, Cato, Sempronius, Maria, Catharina, &c. sunt rationales.

XX. Dictum de Nullo est, quod quicquid negatur de Universalibus etiam de Particularibus & Singularibus sub eo contentis negatur. Ita de Bestiâ (Universalis) dicitur quod non utatur ratione: Ergo, idem dicetur de omnibus Inferioribus, hoc modo. Elephas, Leo, Cervus, Crocodilus, &c. ratione non utuntur.

XXI. Principia Proportionum sunt duo. Consentaneum unum, alterum verò Dissentaneum. Illud regit Syllogismos (praesertim Tertiae Figuræ) Affirmantes: Hoc Negantes.

XXII. Principium Proportionum Consentaneum, est hoc: Quae quaeque duo Extrema, uni alicui Tertio conveniunt, ea quoque inter se conveniunt, ut de se invicem affirmari queant. Ita Incestuosus

esse, Et: Justam animam propter alienam libidinem torquere, sunt duo Extrema, quae conveniunt in uno Tertio Singulari, Lotho, unde etiam inter se convenient hoc modo: Loth fuit incestuosus: Loth animam suam justam propter alienam libidinem torxit: Ergo, Qui animam suam propter alienam libidinem torxit, est incestuosus.

XXIII. Principium Proportionum Dissentaneum, est hoc: Quae quaeque duorum Extremorum, unum Extremum, Tertio alicui Medio non convenit, alterum verò convenit, ea ipsa Extrema necessario inter se non conveniunt. Ita, Jude convenit fuisse electum Christi Apostolum; non autem, fuisse ipsi fidelem, unde sic arguitur: Judas non fuit Christo fidelis: Judas fuit Christi Apostolus; Ergo, Quisdam Apostolus Christi, non fuit Christo fidelis.

CAP. XII.

De Syllogismo Perfecto in Genere.

I. **S**yllogismus de Constitutione Syllogismi; sequitur Divisio. Est igitur Syllogismus alius Perfectus, alius Imperfectus.

II. Syllogismus Perfectus, est Dispositio trium Axiomatum, oratorum ex certâ & legitima trium Argumentorum collocatione; quâ ex duobus Præmissis notioribus Axiomatibus, tertium ignotius infertur.

III. Syllogismi Perfecti videntur est Constitutio & Divisio.

IV. Syllogismus Perfectus constituitur ex suis Partibus, *Materia* nimirum & *Forma*, *Materia* verò Syllogismi Perfecti est *Antecedens* & *Consequens*.

V. Antecedens est prior Pars Syllogismi Perfecti probans, in quâ Quæstio cum Argumento tertio disponitur.

REGVLÆ.

I. Pars Antecedens, habet virtutem effectivam: ejus enim effectum est pars consequens, ut: *Omne Animal sentit: Omnis homo est Animal, est pars Antecedens Syllogismi Perfecti, cujus effectum est hoc Consequens: Ergo, Omnis homo sentit.*

II. Antecedentis pars altera, vel explicitè vel implicitè, temper sit Universalis aut Singularis: ex puris enim Particularibus nihil sequitur. Ita non valet: *Quoddam Animal est Bestia: Quoddam Animal est homo, Ergo, Homo est Bestia.*

III. Antecedens unam partem debet habere affirmatam: ex puris enim Negatis nihil sequitur. Sic non valet: *Nullus infidelis Deo placet: Nullus electus est infidelis: Ergo, Nullus electus Deo placet.*

VI. Antecedentis Partes duæ sunt: *Propositio* & *Assumptio*.

I.

VII.

VII. *Propositio*, est prior Pars Antecedentis, in quâ *Quæstionis* saltem consequens cum *Argumento* tertio disponitur. Vulgo dicitur *Major*, vel conjunctim, *Propositio Major*.

VIII. *Assumptio*, est posterior Pars Antecedentis, quæ vel tota, vel quoad principem sui partem, è *Propositione* conficitur. Vulgo vocatur *Minor*, vel conjunctim, *Propositio Minor*.

IX. *Consequens*, est posterior Pars *Syllogismi Perfecti*, quæ partes *Quæstionis* complectitur, eam que per legitimam *Consequentiam* concludit. Alio nomine vocatur *Complexio*, *Conclusio*, *Illatio*.

REGULÆ

1. Nihil est in *Consequente*, quod non antea fuerit, potestate, & virtualiter in *Premissis*.
2. Hinc, non debet esse plus, aut minus in *Consequente*, quam fuit in *Antecedente*. Non valet igitur

igitur: *Electi non excidunt gratia Dei: Credentes sunt electi*
Ergo, *Non excidunt gratia Dei, etiam si in omni peccatorum genere se se volutaverint*. Item; *Omnes peccatores penitentiam agentes, recipiantur in gratiam: Quidam homines non recipiuntur in gratiam*, Ergo, *Quidam homines non sunt peccatores*.

3. *Consequens* imitetur partem Antecedentis debiliorem, & indigniorem. Non valet ergo: *Quidam fideles salvantur: Omnes fideles sunt vocati*: Ergo, *Omnes vocati salvantur*, *Dignitas* autem æstimari debet ex *Qualitate* & *Quantitate*: unde *Afirmans* semper dignus est *Negante*, & *Universale*, *Particulari*.

X. *Forma Syllogismi Perfecti* consistit in trium *Axiomatum*, ex legitimâ trium *Argumentorum* collocazione, ortâ, dispositione.

CAP. XIII.

De Syllogismo Affirmato & Negato: Generali, Speciali, & Proprio.

I. Fuit Constitutio Syllogismi Perfecti; sequitur Divisio, quæ partim ut *Subjecti in Adjuncta*, partim ut *Generis in Species* institui potest.

II. Ex adjunctâ Qualitate, Syllogismus Perfectus, est vel Affirmatus, vel Negatus.

III. Affirmatus est, cujus Conclusio est affirmata, ut: *Omne Animatum vivit: Omnis bestia est animata: Ergo, Omnis bestia vivit.*

REGULÆ.

1. Syllogismi Affirmati Præmissæ omnes debent esse affirmatæ.

2. Tertium Argumentum, in Syllogismo affirmato, debet consentire, cum utraq; Quæstionis Parte.

IV. Syllogismus Negatus, est cujus conclusio est negata, ut: *Nulli infideles Deo placeant. Omnes*

Reprobi

probi sunt infideles: Ergo, Nulli Reprobi Deo placeant.

REGULÆ.

1. Alterutra Præmissarum Syllogismi Negati, debet esse negata.

2. Tertium Argumentum, in Syllogismo Negato, cum unâ tantum Quæstionis parte, debet consentire.

V. Ex adjunctâ Quantitate Syllogismus Perfectus est Generalis, Specialis, & Proprius.

VI. Syllogismus Generalis (*Universalis*) est qui constat è Propositione & Assumptione Universalibus, ut: *Omne animatum vivit: Omnis Planta est animata: Ergo, Omnis Planta vivit.* Item: *Omne corpus est divisibile. Omne corpus est substantia. Ergo, Quædam substantia est divisibilis.*

VII. Syllogismus Specialis (*Particularis*) est qui constat tantum ex alterâ Antecedentis parte generali, ut: *Omnes literati sunt*

106

107

honorandi. *Quidam homines sunt literati. Ergo, Quidam homines sunt honorandi.*

VIII. Syllogismus Proprius (Singularis) est cujus utraque Antecedentis pars est singularis, ut: *Cicero fuit Orator: Cicero fuit Consul: Ergo, Quidam Consul fuit Orator. Item. David non peccavit ad mortem: David gravissime peccavit: Ergo, Quidam gravissime peccans, non peccavit ad mortem.*

CAP. XIV.

De Syllogismo Explicato Prima Figura.

I. Syllogismus Perfectus quoad Speciem est duplex: Simplex vel Compositus.

II. Simplex Syllogismus, est in quo Quæstionis pars consequens, disponitur cum Argumento tertio in Propositione; pars Antecedens in Assumptione.

III. Syllogismi Simplicis considerandæ sunt Affectiones & Species. Affectiones sunt duæ: *Figura & Modus.*

IV.

IV. Figura Simplicis Syllogismi, est apta Argumenti tertii, cum Partibus Quæstionis Dispositio.

V. Figuræ, pro triplici Argumenti tertii Dispositione, sunt tres, vocibus Numeralibus expressæ: *Prima, Secunda, Tertia.*

VI. Modus, est coordinatio Axiomatum Syllogismum constituentium, in debitâ Quantitate, & Qualitate. Quantitatis nomine, Universalitas, Particularitas & Singularitas. Qualitatis vero appellatione Affirmatio & Negatio debent intelligi.

VII. Quantitatem & Qualitatem Axiomatum, in Syllogismis Generalibus & Specialibus, ostendunt Vocales, in singulis Modis constitutæ, juxta sequentes versiculos:

*affert A, negat E, verum generaliter ab utroque
affert I negat O, sed particulariter ab utroque*

VIII. Quantum ad Speciem

IZ

Syl

Syllogismus Simplex est vel Explicatus, vel Contractus.

IX. Syllogismus Explicatus, est cujus Propositio semper est Generalis, vel Singularis, & Conclusio similis Præmissis, vel parti debiliori.

X. Estque Figuræ Primæ vel Secundæ.

XI. Explicatus Figuræ Primæ, est in quo Tertium Argumentum antecedit in Propositione; sequitur semper affirmatum, in Assumptione.

REGULÆ.

1. Situs igitur Tertii argumenti in Primâ Figurâ est naturalissimus, & ad concludendum aptissimus.
2. Propositio in Primâ Figurâ; quantum ad Syllogismos Universales & Particulares attinet semper sit Universalis; & Antecedens Assumptionis, includatur in Antecedente Propositionis.

ut:

ut: *Omnia planta habet animam vegetativam* Omnis frutex est planta: Ergo, *Omnia frutex habet animam vegetativam.* Item: *Omne honestum est licitum: Quaedam voluptas est honesta: Ergo, Quaedam voluptas est licita.*

3. Assumptio in Primâ Figurâ semper sit affirmata. Non valet ergo: *Omne homicidium est puniendum: Nullum furtum est homicidium; Ergo, Nullum furtum est puniendum.*

XII. Modi Primæ Figuræ alii sunt Principales, alii Minusprincipales.

XIII. Principales sunt vel Universales, vel Particulares. Universales sunt duo:

- BAR. *Omne animatum sensit: Ergo, Omnia bestia est animata.*
 BA. *Omnia bestia sensit: Ergo, Omnis bestia sensit.*
 CA. *Nulla planta sensit: Ergo, Nulla planta sensit.*
 LA. *Omnia frutex est planta: Ergo, Nullum frutex sensit.*

XIV

" Régi nyomtatványok, Lócse, evang. : "
 /314.ig.j./

XIV. Modi Particulares etiam sunt duo:

- DA- *Omni honestum est licitum:*
 RI- *Quadam Voluptas est honesta.*
 Ergo.
 I. *Quadam Voluptas est licita.*
 FE- *Nulum turpe lucrum est amplectendum.*
 RI- *Quoddam sensus est turpe lucrum: Ergo.*
 O. *Quoddam sensus non est amplectendum.*

XV. Modi Minusprincipales, qui dicuntur Singulares, sunt etiam duo.

XVI. Prior est qui omnes Præmissas habet affirmatas Singulares, ut:

Messias, Patribus promissus, debuit mori:
Christus est Messias Patribus promissus.
 Ergo *Christus debuit mori.*

XVII. Posterior est, qui habet omnes Præmissas Singulares; Propositionem tamen & Conclusionem negatas, ut:

Marcus Tullius non est Antonius.
Cicero est Marcus, Tullius. Ergo.
Cicero non est Antonius.

CA

CAP. XV.

De Syllogismo Explicato Secunda Figuræ

I. Syllogismus Explicatus Secundæ Figuræ est in quo Tertium Argumentum, est consequens pars, in utraque Præmissa, cum Conclusionem semper negatam.

REGULÆ.

1. In Secundâ Figurâ sunt tantum Syllogismi Negati: unde Axiomata omnia affirmata non admittit, non valet ergo: *Quicumque iustificat Deo placet: Bona opera Deo placent: Ergo: Bona opera iustificanti.*

2. Propositio in Secundâ Figurâ semper sit Universalis, aut Singularis, nunquam Particularis. Non procedit igitur: *Quidam homines placent Deo. Nulli infideles placent Deo. Ergo, Nulli infideles sunt homines.*

II. Modi Secundæ Figuræ, alii Principales sunt, alii vero Minusprincipales.

III

III. Principales sunt Univer-
sales, vel Particulares. Univer-
sales sunt duo;

CEB. Nullus dices eget.

A. Omnis avarus eget; Ergo.

RE. Nullus avarus est dices.

CAM. Quicquid interit est compositum;

ES. Animus humanus non est compo-
situs; Ergo

TRES. Animus humanus non interit.

IV. Particulares Modi sunt et-
iam duo:

EES. Nullum honestum est contra con-
scientiam;

TI. Quoddam lucrum est contra con-
scientiam.

NO. Ergo: Quoddam lucrum non est
honestum.

BAB. Omnes sapientes sua sorte sunt con-
tenti;

OC. Quidam dices sua sorte non sunt
contenti.

O. Ergo: Quidam dices non sunt
sapientes.

V. Modi Minusprincipales, qui
dicuntur Singulares sunt duo:
Prior & Posterior.

VI. Prior, est qui habet Propo-
sitionem

sitionem affirmatam, cæteras Par-
tes negatas, ut:

Melchior baptizavit spiritum & ignem;

Johannes non baptizavit spiritum & ignem;

Ergo:

Johannes non est Melchior.

VII. Posterior, est qui habet
Assumptionem affirmatam, cæteras
negatas, ut:

Pilatus non accusavit Christum.

Cajaphas accusavit Christum; Ergo

Cajaphas non fuit Pilatus.

C A P. XVI.

De Syllogismo Contracto.

I. **E** Gimus de Syllogismo Ex-
plicato; Syllogismus Con-
tractus, seu Tertię Figurę, est in
quo Tertium Argumentum, in u-
traque Præmissâ antecedit, & in
Assumptione affirmatur, ut existat
Conclusio particularis.

REGULÆ.

1. In Tertiâ Figurâ est processus
à Specie ad Genus; & ab angus-
tiore ad latius, ut: Omnis ho-
mo est Animal: Omnis homo est
Sub-

*Substantia: Ergo, Quaedam
Substantia est Animal*

2. In Tertiâ Figurâ, Assumptio non debet esse negata; sed affirmata. Non valet ergo: *Homo est Animal: Homo non est Bestia: Ergo Bestia non est Animal.*

3. Totum Assumptionis Consequens, inferatur in Conclusionem, & Antecedentis loco ponatur. Non procedit, igitur: *Anulus ambit digitum: Anulus continet gemmam. Ergo Gemma ambit digitum.*

II. Modi Tertiæ Figuræ alii sunt Principales, alii Minusprincipales,

III. Principalium alii sunt Universales, alii Particulares. Universales sunt duo:

DA- *Omnia a carne egrediuntur:*
RAP- *Omnia a carne egrediuntur Deo: Ergo:*
TI- *Quidam ex carne Deo egrediuntur.*
RE- *Nullus reprobatus salvatur.*
LAP- *Omnia reprobus est homo: Ergo.*
TOR- *Quidam homo non salvatur.*

IV

IV. Modi Particulares sunt 4-tuor:

DIS- *Quaedam delectatio congruit sensibus:*
AM- *Omnia delectatio est voluptas: Ergo.*
IS- *Quaedam voluptas congruit sensibus:*
DA- *Omnia homo est rationalis:*
TIS- *Quidam homo est cecus: Ergo.*
I- *Quoddam cecum est rationale.*
EO- *Quaedam ira non est viscosa:*
CAR- *Omnia ira turbat rationem. Ergo:*
DO- *Quoddam quod rationem turbat, non est viscosum.*
FR- *Nulla legitima provocatio prohibita est Christiano:*
RIS- *Quaedam legitima provocatio, est irritatio forensis: Ergo:*
ON- *Quaedam irritatio forensis non est prohibita Christiano.*

V. Modi Minusprincipales, Singulares dicti, sunt duo: Prior & Posterior.

VI. Prior est, cuius utraque Premissa est, affirmata, ut:

Abel fuit pressus cruce:
Abel fuit sanctus: Ergo.
Quidam sanctus premittitur cruce.

VII. Posterior est, qui constat ex Propositione & Conclusionem negatis, ut:

700

Job non fuit sceleratus;
 Job tunc gravissimo afflictus, Ergo.
 Quodam gravissimo afflictus non est
 sceleratus.

CAP. XVII.

De Reductione & Expositione.

I. **S**yllogismi Secundæ & Tertiæ Figuræ, quoad Consequentiam, sunt nonnunquam minus evidentes: Itaque ut major fiat evidenter, *Reductio*, quæ Secundæ & Tertiæ Figuræ; & *Expositio*, quæ Tertiæ tantum est Affectio, in subsidium sunt vocanda.

II. *Reductio*, est Syllogismi in Secundâ, vel Tertiâ Figurâ formati, in Syllogismum Primæ Figuræ transformatio.

III. *Reductio* est duplex: Directa, vel Indirecta.

IV. Directa est quæ fit solâ Axiomatum transpositione, seu, conversione, manentibus Conclusionis Extremis. Habet locum in omnibus Modis, præter *Baroco*,
 Secun-

Secundæ, & *Bocardo*, Tertiæ Figuræ.

V. Artificium Reductionis, ostendunt literæ initiales, intermediae, & ultimæ, in singulis Modis Secundæ & Tertiæ Figuræ, constitutæ.

VI. Initiales literæ sunt quatuor: B. C. D. E. ostendentes qui Modus Secundæ & Tertiæ Figuræ, ad quem Modum Primæ Figuræ sit reducendus; eum nimirum, cumquo eandem literam initialem habet. *Baroco* igitur & *Bocardo*, ad Barbara: *Cesare* & *Camestres*, ad Celarent: *Darapti*, *Dismis* & *Datisi* ad Darii: *Festino*, *Felapton* & *Ferison*, ad Ferio, referuntur.

VII. Intermediae & Ultimæ literæ indicant, quomodo Modi prædicti, ad Modos Primæ Figuræ reduci possunt. Illæ sunt quatuor: S. P. M. C. S, indicat illud *Axioma*, cui adjectum est simpli-

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. :"
 /314.ig.j./

citer esse convertendum. P. convertendum per accidens, M. negat Præmissas esse transponendas, nunc Propositionem, in locum Assumptionis, nunc Assumptionem, in locum Propositionis. C, indicat Reductionem Indirectam.

VIII. Syllogismus igitur, in *Cesare* formatus, reducitur ad *Celarent*, solius Propositionis conversione simplici. Formatus in *Camestres*, ad *Celarent* itidem, Assumptione simplici convertens, & in locum Propositionis positâ, & Conclusionis etiam Conversione simplici. Formatus in *Festino*, reducitur ad *Ferio*, solius Propositionis conversione simplici.

IX. Syllogismus verò Tertiæ Figuræ, in *Darapti* formatus, solius Assumptionis Conversione per accidens, reducitur ad *Darii*. Formatus in *Felapton* reducitur ad *Ferio* conversâ Assumptione per accidens, Formatus in *Disamis*, Assum

Assumptio transponatur & Propositione cum Conclusionem convertatur simpliciter reducitur ad *Darii*. Formatus in *Datifi* eodem referri debet, solius Assumptionis Conversione simplici. Formatus in *Ferison*, ad *Ferio* pertinet, si Assumptio convertatur simpliciter.

X. *Indirecta Reductio* est, quæ alterâ Præmissarum manente, alterius autem loco, Contradictoriâ Conclusionis positâ, necessitatem Illationis ostendit, absurditatem Contradictionis admittendæ. Habet locum in *Baroco* Secundæ, & *Bocardo* Tertiæ Figuræ.

XI. Quænam verò Præmissarum maneat, quænam mutetur, patet ex annexis versiculis memorialibus.

Servat *Majorem*, variatque *Secunda Minorem*.

Tertia Majorem variat, servatque *Minorem*,

K

XII.

XII. Sit igitur Syllogismus in Secundâ Figurâ talis:

BA. *Omne honestum est licitum:*

Roc. *Quadam Voluptas non est licita*

Ergò.

O. *Quadam Voluptas non est honesta.*

Erit fortè qui concessis his Præmissis, se consecutionem videre neget, quæ sic declaranda est in *Barbara*. Servetur Propositionis integra, & loco Assumptionis ponatur Conclusionis Contradictoria, quæ hæc est: *Omnis voluptas est honesta*, atq; ita denuò inferatur Conclusio, quæ contradictoriè opposita est Assumptioni, primitus ab Adversario concessæ, & per consequens etiam falsa sic:

BAR. *Omne honestum est licitum:*

BA. *Omnis Voluptas est honesta, Ergò.*

RA. *Omnis Voluptas est licita.*

XIII. Idem est processus in Tertiâ Figura, nisi quòd Assumptio servetur hîc, & Contradictoria, loco Propositionis ponatur.

XIV. *Expositio est manifestatio*

Unic

versalium & Particularium Syllogismorum Tertiæ Figuræ per Medium Singulare. Sit igitur Syllogismus Particularis.

Nullus electus peccat ad mortem.

Quidam electi graviter peccant, Ergò:

Quidam, qui graviter peccant, non peccant ad mortem.

Hæc Illationis evidentia, si non adeò clara videatur, assumatur Medium Singulare, sub Generali contentum, respectu nostri notius construaturque *Syllogismus Expositivus*, hoc modo:

Adam, Moyses, David, Petrus, non peccarunt ad mortem.

Adam, Moyses, David, Petrus, gravissime peccarunt, Ergò.

Quidam gravissime peccantes, non peccarunt ad mortem.

CAP. XVIII.

De Syllogismo Connexo.

I. **H** Actenus de Syllogismo Simpliciter: *Compositus* est, in quo tota Quæstio, est Pars altera Propositionis affirmatæ & compositæ; Argumentum Pars reliqua. I-

K2,

ta,

ta, sit Quæstio: *An Electi possint finaliter excidere gratiâ Dei?* Sit Tertium Argumentum cum responsione: *Non quia Virtute Dei custodiuntur ad salutem.* Jam tota hæc Quæstio, unâ cum Tertio Argumento, ponitur in Propositione Syllogismi Compositi, hoc modo:

Si Electi Virtute Dei custodiuntur ad salutem, non possunt finaliter excidere gratiâ Dei.

At fideles Virtute Dei custodiuntur ad salutem: Ergo, Fideles non possunt excidere gratiâ Dei.

REGULÆ.

1. In Syllogismo Composito, tota Quæstio cum Tertio argumento, debet disponi in Propositione.
2. Propositio Syllogismi Compositi, semper sit affirmata, & composita. Hoc est: Conjunctionis connexivæ, vel disjunctivæ, Vinculo affirmato contineatur.

II. Syl-

II. Syllogismus Compositus, est vel *Connexus*, vel *Disjunctus*.

III. *Connexus*, est Syllogismus Compositus, cujus Propositio est connexa, ut: *Si Christus resurrexit, etiam fideles resurgent: At Christus resurrexit: Ergo, Fideles resurgent.* In hoc Syllogismo, ipsa Propositio, est Axioma connexum

IV. Syllogismus *Connexus*, alius est *Constructivus*, alius *Destructivus*.

V. *Constructivus* est qui assumit Antecedens, & concludit Consequens, ut: *Si mortui estis peccato, & cum Christo crucifixi, cum eo vivetis: Atqui mortui estis peccato, & cum Christo crucifixi: Ergo, Cum eo vivetis.* In hoc Syllogismo, assumitur in Assumptione Antecedens Propositionis, id est eodem modo, quo ibi positum fuerat repetitur, affirmatè scilicet.

REGULÆ.

In Connexo igitur Constructivo,

K 3

Ap

A positione Antecedentis in Assumptione, ad positionem Consequentis in Conclusionem, valet Consequentia; sed à positione Consequentis ad positionem Antecedentis, non valet; nisi Propositio fuerit reciproca.

VI. Connexus Destructivus, est qui tollit Consequens, ut tollat Antecedens, ut: *Si per legem justificamur Christus frustra est mortuus: Sed Christus frustra non est mortuus: Ergò, Per legem non justificamur.* In hoc Syllogismo tollitur Propositionis Antecedens in Assumptione, id est, aliter repetitur, ac ibi fuerat positum, nimirum negatè; ut etiam Consequens possit tolli in Conclusionem, id est negatè repeti.

REGULA.

In Connexo igitur Destructivo, A destructione Consequentis in Assumptione, ad destructionem, seu remotionem Antecedentis in Con-

Conclusionem, valet Consequentia; Sed, à destructione Antecedentis, ad destructionem Consequentis, non valet, nisi Propositio Connexi Destructivi sit reciproca.

CAP. XIX.

De Syllogismo Disiuncto.

I. Fuit Syllogismus Connexus; Disiunctus est Syllogismus Compositus, cuius Propositio est disiuncta, ut: *Aut fide justificamur, aut operibus: Sed non operibus, Ergò, Fide.* In hoc Syllogismo, Propositio est Axioma Disiunctum.

REGULÆ.

1. In Syllogismo Disiuncto, Propositio sit Partibus omnibus affirmata.
2. Tota Consequentia vis, in hoc Syllogismo, consistit in membrorum immediatâ & necessariâ disiunctione, unde eum vitiosum esse necesse est, cuius

K4

Mem-

Membra sunt subalterna, vel subordinata.

3. Recta Disjunctio requirit plenam Membrorum enumerationem. Itaque si tertium aliquod, aut quatuor Membrum dari possit, Disjunctivus erit vitiosus, vel inefficax.

II. Est autem Syllogismus Disjunctus vel *Primi* vel *Secundi modi*.

III. *Disjunctus Primi modi*, est qui tollit unum & reliquum concludit, ut: *Aut servi estis peccati ad mortem, aut obedientia ad justitiam: At non estis servi peccati ad mortem: Ergo, Obedientia ad justitiam.*

REGVLÆ.

1. Disjunctus Primi Modi requirit ut Assumptio contradicat, vel Antecedenti, vel Consequenti Propositionis parti.
2. Hinc Assumptionem semper habebit negatam; Conclusionem verò affirmatam;

3 Pro-

3. Propositionis illa Pars, cui Assumptio non contradicit, inferatur in Conclusionem ita, ut in eâ fuerat posita.

4. A remotione, seu destructione unius Partis, aut plurium; ad positionem, seu affirmationem reliquæ Partis, quæ superest; valet Consequentia in Disjuncto *Primi modi*.

IV. *Disjunctus Secundi modi*, est qui assumit unum, & reliquum tollit, ut: *Baptismus Johannis, aut est à Deo, aut ex hominibus: Atque à Deo: Ergo, non ex hominibus.*

REGVLÆ.

1. Assumptio hujus Syllogismi, semper debet esse affirmata Conclusio negata.
2. A positione unius Partis in hoc Syllogismo, ad destructionem aliarum Partium valet Consequentia.

K5

CA2

CAP. XX.

De Syllogismis Deficientibus.

I. Hactenus de Syllogismo Perfecto: Imperfectus est, quia à legitima trium terminorum tribus Axiomatibus dispositorum coordinatione, recedit

II. Imperfectus Syllogismus nascitur vel ex Defectu, vel ex Redundantia, vel denique ex Transpositione Partium. Hinc Syllogismus Imperfectus est vel *Deficiens*, vel *Redundans*, vel *Inversus*.

III. *Deficiens* est Syllogismus Imperfectus, aliquo Axiomatum præmissorum truncatus. Estque *Enthymema* vel *Inductio*.

IV. *Enthymema*, est Syllogismus Imperfectus, in quo alterutra Præmissarum promiscuè reticetur

V. *Enthymema* constituitur ex suis Partibus quarum Prior dicitur *Antecedens*, ut: *Insigne animi ornamentum est comparandum*; Posterior *Consequens*, ut: Ergo,

VI. *Enthymema* facile poterit ad Syllogismum Perfectum reduci additione illius Axiomatis, quod deest.

VII. Modus, defectum Axiomatis omitti agnoscendi est facilis, si defectus alterius Extremi *Majoris*, vel *Minoris*, in Antecedente observetur. Quia defectus Extremi *Majoris*, arguit defectum Propositionis; defectus verò Extremi *Minoris*, arguit defectum Assumptionis. Ita in *Enthymematis* *Thesi*. **IV.** formati Antecedente, non comparat minus Extremum Conclusionis, videlicet *Virtus*, unde cognoscitur deesse Assumptio, quæ sic poterit formari: *Virtus est in signe animi ornamentum*.

VIII. *Inductio* est Syllogismus Deficiens, qui alterâ Præmissarum, perpetuo eâdem, truncatur. Estque *Principalis*, vel *Minusprincipalis*.

IX. *Principalis* est quæ ex collectione Partium infertur Totum.

ut: Omnes homines, aves, pisces, quadrupedes, insecta, &c. sentiunt: Ergo, Omne Animal sentit. Adam, Abel, Enoch, Noë, Abraham, Sara, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, &c. fide sunt salvati: Ergo, Omnes homines fide salvantur.

REGVLÆ.

1. Fundamentum Inductionis Principalis, est Partium omnium simul sumtarum, cum suo Toto, Equipollentia.
 2. Inductio debet enumerare omnes Partes; vel explicitè, cum illæ sunt pauciores, vel implicitè, cum plures sunt, idq; per huiusmodi formulas: Non potest dari dissimile Exemplum: Idem est in omnibus Partibus.
- X. Inductio Minusprincipalis, uno nomine dicitur Exemplum, estq; Syllogismus Deficiens, quo unum ex altero inferitur, propter convenientiam utriusque in uno Tertio, ut: *Israëlita sacra sua ir-*

reverenter tractantes, sunt puniti: Ergo: Corinthii minus religiose sua sacra tractantes, punientur.

REGVLÆ.

1. Fundamentum Exempli, est Convenientia rerum similium in uno Tertio.
2. In Exemplis ratione Tertii nulla sit dissimilitudo, neque alterum Exemplorum, reverà sit falsum: sic enim facile committitur Fallacia: Non valet ergo: *Judæi unum aliquem summum Sacerdotem habuerunt: Ergo, Christiani quoque unum aliquem in teris summum Pontificem habere debent.* Item: *Jephate voto se se obstringens immolavit filiam: Ergo, Alter etiam voto se se obstringens, illud praestare tenebitur.* Hic enim alterum Exemplorum falsum est: Ibi verò dissimilitudo est.

CAP. XXI

De Syllogismis Redundantibus.

I. **Syllogismus Redundans**, est Syllogismus Imperfectus, pluribus constans Axiomatibus, quam tribus, ut: *Prosyllogismus, Sorites, Dilemma & Syllogismus ad absurdum ducens.*

II. **Prosyllogismus** est, cum Principalis Syllogismi Axiomatibus, adduntur Axiomata alia, ceu rationes, quæ novos in se Syllogismos continent, ut: *Quemadmodum Publicanus justificatus est, ita & nos justificamur: Una namque & eadem est justificationis ratio. At Publicanus non suâ, sed Christi justitiâ est justificatus: Summus enim peccator, & transgressor erat legis divinæ: Ergo, Nos quoque non nostrâ sed Christi justitiâ justificamur.*

III. **Sorites**, est Syllogismus Redundans, in quo Consequens Propositionis Primæ, sit Antecedens Secundæ, & sic deinceps, usque-

dum Consequens ultimum, connectatur cum Antecedente primo, ut: *Qui prudens est, temperans est: Qui temperans est, constans est: Qui constans est, imperturbatus est: Qui imperturbatus est, sine tristitiâ est: Qui sine tristitiâ est, beatus est: Ergo, Qui prudens est, beatus est.*

REGULÆ.

1. Præmissæ in Sorite, semper debent esse plures duabus Propositionibus. ita ut ad minimum, debeat constare quatuor Axiomatibus.
2. Præmissæ in Sorite, debent esse subordinatæ: imprimis autem debet hîc intelligi subordinatio Generum & Specierum; quamvis etiam Soritæ boni fiant ex subordinatione Finium, Effectorum, aliorumque Argumentorum.
3. Præmissæ in Sorite debent esse Affirmatæ, Universales, vel Propriæ; non Particulares, aut Mix-

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

tæ ex Negatis & Affirmatis Propositionibus.

IV. Dilemma est Syllogismus Redundans, quo Quæstio duobus Argumentis immediatè contrariis, quorum alterum Adversarius concedere necesse habet, concluditur: utrumvis autem concedatur constringit Adversarium, ut: *Si homines possunt legem Dei implere, aut Electi eam implebunt, aut Re-probi: Sed nec Re-probi eam implent; alioqui non condemnarentur. nec Electi, alioqui non opus esset iis morte Christi, Ergò, Nulli homines implent eam.*

REGVLA.

1. Propositio in Dilemmate, debet constare ex immediatè contrariis.
2. Vis Consequentiae in Dilemmate, pendet ex Membrorum disjunctorum completâ enumeratione; unde inefficax est, si tertium, aut quartum Membrum dari possit;

2. E.

3. Elumbe etiam est Dilemma, si utrumque Membrum concedi, vel in Adversarium retorqueri potest.

V. Syllogismus ad absurdum ducens, est Syllogismus Redundans, per indirectum concludens, & Adversarium ad impossibile adigens, Estq; Primarius vel Secundarius.

VI. Primarius est, cum Adversarius, ejus quam negat Conclusio, his Contradictoriâ, & Propositionis manifestæ veræ, ac concessæ complicatione, ad absurdum adigitur. Ita Orthodoxi dicunt: *Veram Ecclesiam non semper esse visibilem & in sensus incurrentem, Pontificii contrarium asserunt. Sumunt igitur Orthodoxi, Contradictoriam, suæ Conclusionis; & Propositionem indubitatè veram ex scripturâ, 1. Reg. 19. 14. 18. Hancque loco Majoris; illam loco Minoris ponunt & Conclusionem absurdam hoc modo inferunt: *Veram Ec-**

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

ra Ecclesia tempore Elie, non fuit
visibilis & in sensus incurrens: Ve-
ra Ecclesia semper est visibilis & in
sensus incurrens: Ergò, Tempore
Elie non fuit Ecclesia vera: Con-
clusio est absurda, ergò vel Propo-
sitio, vel Assumptio, falsa: illa non:
textus enim Biblicus apertè con-
firmat: ergò hæc, adeoque hujus
Contradictoria, quæ Orthodoxo-
rum est sententia, vera erit.

VII. Secundarius est, qui ex dua-
rum Contradictoriarum concessi-
one, ab Adversario facta, infert e-
jusdem de se ipso negationem, ut:
Nullum Proprium Essentiale est
Commune: Quoddam Proprium Es-
sentiale (ut Omnipræsentia, Om-
niscientia, Omnipotentia) Est
Commune: Ergò, Quoddam Pro-
prium, non est Proprium.

CAP. XXII.

De Syllogismo Inverso.

I. **E**X Partium Syllogismi Trans-
positione, oritur Syllogi-
smus

smus Inversus, in quo naturalis
Partium ordo immutatur.

II. Modi Syllogismi Inversi,
quibus transponitur, sunt 5.

1. *Propositio* ponitur primo lo-
co: secundo, *Conclusio*: tertio, *As-
sumptio*, ut: Omnes homines, Scri-
ptura mendaces pronunciat: (*Pro-
positio*) Unde etiam Papa mendax
erit: (*Conclusio*) Cum & ipse sit
homo. (*Assumptio*.)

2. *Assumptio* ponitur loco pri-
mo: *Propositio*, secundo: *Conclu-
sio*, tertio, ut: Fideles, Virtutis Dei
presidio custodiuntur ad salutem:
(*Assumptio*) Qui autem illo custodi-
untur, nunquam possunt gratiâ Dei
excidere: (*Propositio*) Quare ne-
quæ fidelibus metuendus eris, ille Ca-
sus. (*Conclusio*.)

3. *Assumptio* ponitur loco primo:
Conclusio, secundo: *Propositio* ter-
tio, ut: Psal. 25. 2. 3. Deus mihi in-
te confido: (*Assumptio*) Ne crubē-
scam, ne exultent inimici mei de me:
(*Con-*

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

(Conclusio) *Etenim nulli expectantes te erubescunt.* (Propositio)

4. Conclusio ponitur loco primo: Propositio, secundo: Assumptio tertio, ut: *Vera Ecclesia non semper est visibilis. & in sensus incurrens:*

(Conclusio) *Quis enim neget tempore Elia veram fuisse Ecclesiam?*

(Propositio) *Nemo: Illa tamen videri non poterat.* (Assumptio.)

5. Conclusio ponitur loco primo: Assumptio, secundo: Propositio tertio, ut: *Avaros, qui credat esse divites?* (Conclusio) *Cum semper egeant:* (Assumptio) *A divitibus verò procul est remota egestas.* (Propositio.)

CAP. XXIII.

De Syllogismo Notionali & Reali.

SYllogismus tam Perfectus, quam Imperfectus est vel Notionalis, vel Realis.

II. Notionalis est, cujus Præmissæ & Conclusio, habent aliquam Notionem Secundam, seu terminum

terminum Logicum, ut: *Nullum Subjectum est Genus ejus cuius est Subjectum: At Actio est Subjectum peccati: Ergò, Actio non est Genus peccati.*

III. Realis est, cujus termini sunt reales. Hoc est, Notiones Primæ, extra mentem positæ. Estque vel Contingens vel Necessarius.

IV. Contingens est, cujus Tertium argumentum, cum Extremis Quæstionis dubiæ contingenter dispositum, parit assensum conclusionis infirmum, ut: *Splendide incedit: Ergò, est Aulicus; Piscator, Milesius, piscatur: Ergò, extrahet aureum tripodem.*

V. Necessarius est cujus Tertium Argumentum, ex loco necessariæ Inventionis petitum cum Quæstionis Extremis necessario disponitur, ad gignendū in mente firmum Conclusionis assensum. Estque Generalis, vel Specialis.

VI. Generalis est, cujus Tertium argu-

argumentum, ex omni necessariae Inventionis loco, præterquam Efficiente, Fine, & Effecto, desumitur, ut: *Omne animal sentit: Omnis homo est animal. Ergo Omnis homo sentit. Quod ex humo desumptum est, corruptibile est: Corpus humanum ex humo est desumptum. Ergo, Corpus humanum corruptibile est. Et sic in ceteris Inventionis Locis procedendum.*

VII. Specialis est cujus Tertium argumentum, ex loco Efficientis, Finis & Effecti, desumitur. Alio nomine vocatur, *Syllogismus Demonstrativus*, qui vel *Perfectior*, vel *Imperfectior* est.

VIII. *Demonstrativus Perfectior*, seu *à priori*, est cuius Tertium argumentum sumitur ex loco Cause Efficientis, vel Finis, ut: *Status Reipublicæ, ejus vires, in partes æquales distrahens, est obnoxius seditio: Status Oligarchicus, est Status Reipublicæ vires in Partes*

quales distrahens. Ergo, Obnoxius est seditio, Item. In domo precatationis non est negotiandum: Templum Hierosolymitanum est domus precatationis. Ergo In Templo Hierosolymitano, non est negotiandum.

IX. *Demonstrativus Imperfectior*, seu, *à posteriori*, est cujus Tertium argumentum, ex loco Effecti desumitur, ut: *illi, qui Corpus Christi manducant, vivunt in æternum: Reperi non vivunt in æternum: Ergo, Reperi non manducant Corpus Christi.*

X. Ex *Demonstrativo à priori*, & *posteriori*, efficitur vulgatus apud *Logicos Regressus*, qui est *Demonstratio Cause per Effectum; & Effecti per Causam. Sic, Lunam effectus rotundum, demonstrari poterit ex Effecto, quod per vices crescat & decrescat: hincque si Regressus instituat demonstrari poterit, Lunam per vices crescere & decrescere; quia est Corpus rotundum*

CA.

CAP. XXIV.

De Methodo.

Actum est de Syllogismo; sequitur *Methodus* quæ est *Dianoja*, variorum Axiomatum homogeneorum, ordinem inter ea constituens, ut facilius intelligi, & felicius memoriâ comprehendi possint.

II. Hinc *Judicium Methodicum* est, quo rerum ordo, aut confusio cognoscitur.

III. *Methodus* alia est *Analogâ* seu *Regularis*, alia *Anomala* seu *Irregularis*.

IV. *Analogâ*, seu *Regularis* est, quæ rerum disponendarum naturæ perfectæque cognitioni nostræ exactè congruit.

REGVLA.

I. In *Methodo Analogâ*, observari debet, I. *Lex Homogeniæ*, quæ præcipit, ut *Disciplinæ*, earumque *Partes* non comisceantur; & unum quodque in eadem *Disciplinâ suo Loco* tradatur.

2. *Lex Connexionis*, quæ exigit, ut *Antecedentia & Consequentia* benè inter se cohæreant, aprisque *Transitionum* formulis convinciantur.

3. *Lex Brevitatis*, quæ postulat, ut ne quid vel necessarium desit, vel non necessarium redundet.

4. *Lex Consensionis*, quæ flagitat ut, singulæ *Disciplinarum Parte*, harmonicè inter se conspirent;

V. *Methodus Analogâ* est vel *Universalis* vel *Particularis*.

VI. *Universalis* est, quâ *Systema* integræ disponitur alicujus *Disciplinæ*, suis *Præceptis* legitime. Hæc *Methodo* disposita est *Metaphysica*, *Physica*, *Mathematica*, *Ethica*, *Politica*.

VII. Estque *Synthetica* vel *Analytica*.

VIII. *Synthetica* est, quâ cujusque *Disciplinæ Contemplativæ* *Partes* ita disponuntur, ut posito *Subjecto* adæquato, tradantur

L. Prin-

Principia eius Prima, tandem Passiones & Species. Ita in Metaphysicâ ponitur primò Subjectum videlicet *Ens generaliter sumtum*, tandem *Principia* complexa; tum *Affectiones*; deniq; *Species*.

IX. *Analytica* est, quâ ita disponuntur Partes cuiusque Disciplinæ Operatricis, ut procedatur à Fine, ad Principia, seu media, per quæ ad Finem pervenitur. Hæc Methodus observatur in Disciplinis Practicis, ut; *Ethicâ Politicâ Oeconomicâ*; & *Energeticis*, ut: *Rhetoricâ, Logicâ, tradendâ*.

X. *Methodus Particularis* est, quâ unum aliquod Thema, secundum secundum Artis normam pertractatur, ut: *Aurum, Argentum, Planta, Animal, Homo*.

XI. *Methodus Particularis* est, vel *Thematis Simplicis*, vel *Conjuncti*.

XII. *Particularis Thematis Simplicis*, est, quâ Themâ Simplex, vel plenariè per omnes Inventionis

Locos deducitur; vel minùs plenè, cum primò Definitio ponitur, & illa deinceps per Partes resolvitur.

XIII. *Particularis Thematis Conjuncti*, est quâ integra Quæstio, quæ affirmata, aut negata est, pertractatur, ut: *Fides justificat: Pauperes sunt electi: Missa sacrificium est idololatricum: Paganon est contra Ecclesiam*.

XIV. *Methodus Anomala*, est, quæ ab Ordine Naturæ & cognitionis normisq; à Legibus Artis recedit. Estque *Perfectior*, vel *Imperfectior*.

XV. *Perfectior* est, quæ Legem prudentiæ ita se rebus accomodat, ut quum Leges præcisè non observat, nec directè quoque iis repugnet. Talis est illa, quâ in casu necessitatis, utimur aliquando Distributionibus, Definitionibusq; negativis.

XVI. *Imperfectior* est, quæ sic

pro arbitrio Docentis, accomoda-
tur Discipulis captui, in persua-
dendo, vel delectando, ut directe
repugnet Legibus prius recensitis.
Hæc Methodus frequens est
Oratoribus & Poëtis.

XVII. Est que triplex: *Deficiens*,
Redundans, & *Inversa*.

XVIII. *Deficiens* est, quæ omit-
tit quædam homogenea, quorum
usus in docendo necessarius est. Ita
aliquando Definitiones, Distri-
butiones & Transitiones, omit-
tuntur.

XIX. *Redundans* est, quæ vel
homogenea repetit, vel his hetero-
genea permiscet. Sic Ovidius sub-
inde repetit hanc sententiam:
Vulgus amicitias, utilitate probat.
Cicero in Orat. pro Archia Poë-
ta, à defensione Archie digreditur
in laudem literarum.

XX. *Inversa* denique Methodus
est, quæ Ordo Partium doctrinæ
immutat.

immutat; ita ut quæ priori lo-
co tractari debeant, posteriori,
aut contrâ ponantur. Ita Cicero
in Orat. in Pisonem, primò de
Consulatu, & Proconsulatu, Pilo-
nis dicit, & sic publica vitia re-
censet: deinde domestica ponit,
Pisonis vitia: denique ad Pro-
consulatum redit.

Ab eodem arguti ad e. P. 1.
FINIS.
vabet consequentia CXII



Index Capitum. LIBRI PRIMI. De Inventione.

CAP. I. De Definitione & Distribu- tione Logica.	Pag. 1.
II. De Themate.	ibid.
III. De Argumentis in Genere.	3.
IV. De Causa in Genere.	7.
V. De Efficiente.	10.
	VI.